Preterea ex tertia conditione arguitur sic. materia est per se subiectum generacionis. forma non est subiectum generacionis sed magis terminus. g. forma non est materia quod erat probandum. Ad evidenciam notandum q oppositio est duplex. quedam est acceptiva et quedam entia. et in quibuslibet oportet cum non sit processus in infinitum est devenire ad aliquod duo extrema totaliter alterius et alterius rationis ita ut nihil unius includatur in ratione alterius.

Ista duo extrema in oppositōe en-
tium sunt materia et forma ita q̄
materia est principium aduabile et
potentia e. forma at est principium
aduatiuū. et nihil vni^o includit in
tōe alteri^o qz aliter aliud nō est pu-
rū aduabile nec aliud purz aduati-
uū. Extrema i cōpositōe cōceptū
sunt tātz duo cōceptus quozū q̄
dam sunt determinabiles tantum
qualis est cōceptus entis ad quez
stat resolutio cōceptū determina-
biliū. Aliud extremū est pure de-
terminatiuū quale est cōcept^o vlti-
me differētie. Ex quo p̄z correla-
riū q̄ extra in qualz barū cōposi-
tionū sunt in suo ordine primo di-
uersa et in nullo conueniūt ita vt p̄
dixi q̄ nihil vni^o includit in rōne
alteri^o. Patet igitur ex p̄dicis q̄
materia distinguit realr a forma
Sed extra hoc arguit sic quod
non est distinctus conceptibile ab
alio non distinguit realiter ab eo
sed materia ē b̄mōi resp̄cū forme.
Igit̄ ic. maior p̄z qz sola distinctio
cōceptibilitatis ē minor distinctioe
reali. multa enī sunt distincta con-
ceptibilr non tamē realr. vbi autē
non est minor distinctio nec maior.
minor hui^o rōis patz p̄zio p̄sico-
rū. materia enī est cognoscibilis p̄
analogiā ad formā. Respondeo
q̄ minor est falsa. Ad p̄batioz q̄n

dicit q̄ materia est cognoscibilis
p̄ analogiā ad formā. cōcedo q̄
nō pot̄ aliter cognosci a nobis p̄o
statu isto. Ex hoc tamē nō sequit̄
quin fm se sit cognoscibil. qd̄ p̄o
bat qz ois entitas absoluta in se ē
cognoscibilis. materia est b̄mōi cū
ex materia et forma cōstituat̄ com-
positus qd̄ est absolutus et habeat
p̄deas in deo. igit̄ fm se est cogno-
scibilis. non ē tamē nūc a nobis co-
gnoscibilis fm se. quod p̄bat qz
materia est min^o cognoscibilis q̄
sit forma cum sit magis remota a
sensibus. s̄ forma p̄ se nō est a no-
bis cognoscibilis cū non cognosca-
tur nisi ex op̄atōibus ergo nec ma-
teria. Cognoscim^o igit̄ vt dicit
Cōmentator materiā p̄ mutatiōez
videm^o enī vnā formā nouā post
aliā. p̄batio qz videm^o nouā opa-
tōez que arguit nouā formā et sic
cognoscim^o subiectū transmutatō-
nis cōe. s. materiā que manet sub
vtraqz forma.

Quātū ad terciū articulū de
sepatōe materie a forma. dico fm
doctorē vbi supra q̄ licz naturalr
materia non possit esse sine forma
tamē p̄ diuinā potētiaz absqz con-
tradōe pot̄ esse sine forma. Qd̄
probo primo mō sic. Absolutū di-
stinctus et p̄zio alio absoluto pot̄
esse sine cōtradōe sine illo. sed

materia est absolutū distinctus. et
p̄zior forma quacūqz substantiali
vel accīdenti. ergo pot̄ esse sine alio
absoluto. maior ē maifesta in omi-
bus absolutis. minor patet primo
q̄ enī materia sit quid absolutum
patet. quia facit cōpositiōez rea-
lem et absolutaz. Quod etiam sit
p̄zior forma saltem ordine nature
patet quia ē receptiua forme et sū-
damētuz eius. Itēz quicquid de^o
absolutū facit in creaturis mediā
te causa secūda pot̄ facere sine ip-
sa que non est de essentia causati.
sed forma ē causa secūda que non
ē de eētia materie q̄ tamē forma
est siue que dat esse materie. ergo
pot̄ facere materiaz sine illa. Qd̄
autē forma nō sit de eētia matie
patet. qz adueniēte alia et alia for-
ma essz aliud et aliud esse materie
Dico autē absolutū. qz forte n̄
sic est de resp̄ctu vt de aptitudia-
li vel aptitudine naturali que nō
pot̄ a subiecto separi cum sit eius
propria passio et idem realiter cū
eo. vt ē risibilitas resp̄cū hominis
et mobilitas resp̄ctu corpis.

Et si queras vbi ē illa materia
sine forma. Dico q̄ sicut ang. l^o q̄
non ē quātus ē in aliquo loco dif-
finitive non circūscriptiue. suppo-
sīto q̄ sit in vniuerso. si tamē fierz
extra vniuersū vbi non ē locus n̄

24
ēēt in loco diffinitive. sic materia
si fieret sine forma in vniuerso cū
nō ēēt quanta ēēt diffinitive alicu-
bi. Si autē fieret extra vniuersū
nusquā ēēt localr nec diffinitive.
tamē ēēt in se natura quedā abso-
luta. Si queras etiā si habeat
ptes sic sepata. Dico q̄ habz par-
tes substantiales. illas enīz non hēt
p̄ quātitatē. Si etiā dicas matia
sic existens sine forma hz resp̄ctū
ad deū vt seruanē saltez. igit̄ hz
aliquā formā cuiz relatō sit forma
accīdenti. Dico q̄ iste resp̄ct^o n̄ est
forma addita materie sed est idē
realiter cuiz materia cuiz nō sit ali-
ud nisi dependētia ipsius a deo.
nulla autem creatura pot̄ esse sine
tali dependētia ad deū cōteruā-
tez. Ista materia de entitate ma-
terie et de distinctioe eius et sepatō-
ne a forma diffuse tractatur a do-
ctore subtili vbi supra. s. xij. dis. se-
cundi sententiarū. quare pro nūc
nolo diūtius imozari circa hec. et
hec dicta sint p̄o terciō articulo.

Quantū ad quartū de distin-
ctioe materie ab eius potentia p̄-
mo premittā triplicē distinctioem.
secūdo declarabo quadruplicem
cōclusionē. Quantū ad primā
sit ista prima distinctio q̄ potentia
ē duplex. quedā actiua et quedāz
passiua. Potētia actiua dicitur q̄

Principiū transmutandi aliud in
quātu; aliud. Potentia autē pas-
siua ē principiū transmutandi ab
alio in quātu; aliud sicut habetur
quinto metaphisice. Secunda di-
stinctio sit illa q̄ potētiāle ē nomē
relatiuū sicut hoc nomē simile. 7 ē
nomē cōcretū huius abstracti qd̄ ē
potēntialitas. Ab hac autē potētia
litate sicut actiua denoiatur prin-
cipium quo 7 dī potētia actiua. de-
noiatur ē principiū qd̄ 7 dī po^a pas-
siua vel potēs passiue sic subiectū
passibile. Tercia distinctio sit
illa q̄ cu; potētia sit nomen relati-
uū. 7 omne relatiuū dicit aliquid
preter relatiōes s̄m Augustinū sep-
timo de trinitate caplo secundo.
ideo potētia materie de qua ē ser-
mo pot accipi vel p̄ fundamento
vel p̄ resp̄cū potēntiali. Si autē p̄
resp̄cū ad huc dicitur vel p̄ resp̄-
cū aptitudinali qui adducit for-
mas ad quas est. vel pro resp̄cū
actuali qui presupponit actū; for-
me ad quem est.

Quātu; ad secundum sit illa
prima conclusio. Potentia accep-
ta pro fundamento non distinguitur
aliquo modo a materia ex na-
tura rei sed materia ut materia 7
ut fundamētū; talis resp̄ctus est
ide; realiter sicut patet ex p̄ceden-
tibus. igitur 7c. Secunda con-

clusio sit illa potentia materie ac-
cepta pro resp̄cū non distinguit
realiter a materia sicut patet quia
materia est simpliciter inseparabilis
a tali resp̄cū. igitur 7c.

Sed contra hanc cōclusionem
arguitur dupliciter. primo sic. po-
tentia est in predicamēto relatiōis
materie autē est in predicamento
substantie. ergo distinguuntur realiter
cum essentie predicamētorum sunt
impermixte. Itē; quecuq; sic
se habent q̄ vno plurificato non
plurificatur aliud illa videntur rea-
liter distingui. sed materia 7 potē-
tia aptitudinalis sunt huiusmodi
q̄ materia manēs vna habet plēs
huiusmodi aptitudines ut patet. igitur
7c. Respondeo ad primū;
dicit q̄ potētia aptitudinalis non
est pp̄rie de genere relatiōis nisi
solus denoiatiue 7 similitudinarie. ē
tamen realiter in eodē genere cu; materia.
Aliter potest dici tenēdo
q̄ esset in genere relatiōis quod nō
est incōueniens illa que sunt idem
realiter 7 q̄ tamē distinguantur for-
maliter esse in diuersis generibus
Omnis enim relatio creature ad
deū est in terciō modo relatiuoz
in quo non est mutua dependētia
ut patet quinto metaphisice. 7 ta-
men relatio dependētie creature
ad deū; ut cōseruatiue est idē; re-

aliter cū creatura ut habet videri
secundo iniaru; 3. Qu; antē; dicit
q̄ essentie p̄dicamētorū; sunt imp-
mixte poss; dici q̄ vtrū; est forma
liter 7 nō realiter. Ad secundū;
dico q̄ maior ē falsa. cēntia enim
diuina 7 cēntia aie non sunt pluri-
ficata 7 tamē; p̄sone 7 attributa in
deo plurificatur 7 etiā; potētia in
anima. essentia vō; diuina 7 essen-
tia aie non distinguuntur ab illis di-
stinctōe reali. sufficit ergo ad hoc
saluandū; distinctio formalis.

Tercia conclusio sit illa. Po-
tētia materie accepta p̄ resp̄cū
aptitudinali distinguit aliquo mō-
a materia ex natura rei. s. forma-
liter. hanc probō p̄ p̄m quarto
metaphisice qui oppositiōibus de
veritate opinionū; ducit ad hoc in-
cōueniēs q̄ oia essent formaliter
ad aliquid dans intelligere q̄ nul-
lus resp̄ctus est idem formaliter ali-
cui absoluto. Quarta cōclusio
sit ista potētia materie accepta p̄
resp̄cū actuali distinguit realiter
ab ipsa. hoc ostenditur. quicquid pot
ab alio separari ab eo realiter disti-
guitur. sed potentia materie sic ac-
cepta pot realiter a materia separari.
igitur 7c. maior ē euidēs sed minor
probatur. quia ois resp̄ctus actualis
est realiter separabilis cuius terminus
est realiter separabilis. forma autē; q̄

est terminus talis resp̄ctus ē realiter
separabilis a materia ut patet. igitur
7 ipse talis resp̄ctus. 7 hec de q̄
to articulo.

Quātu; ad quintū; articulū; q̄
est de distinctōe priuatiōis a potē-
tia materie primo p̄mittat aliqua
utilia. deinde cōcludat aliqua ne-
cessaria. De primo sit primum
dictū; q̄ priuatiō formaliter nihil
potest. p̄batio huius. negatiō for-
maliter nihil ponit. s; priuatiō est
formaliter negatiō. igitur priuatiō
formaliter nihil ponit. maior patet
quia negatiō non est ens ex quar-
to metaphisice. minor probatur.
quia priuatiō est negatiō in iudice
de. 7 ibidē; vocat negatiō in gene-
re. vnde nihil addit supra nisi cō-
notatiōes 7 presuppositionem sub-
iecti apti nati. Itē; autē; cōnotatiō
est extra eius cōceptū; formalem.
sicut est subiectum qd̄ cōnotat.

Secundū; dictū; est q̄ priuatiō
in materia non est vna tātu; reali-
ter. probatio huius. nam priuatiō-
nes cōmultiplicantur habitibus.
Itē; quot modis dicitur vni; op-
positoz tot dicitur 7 reliquū; primo
topicoz. sed habitus siue forme
que successiue existunt in materia
sunt plures realiter. ergo 7 priua-
tiones eis opposite.

Terciu dicitur e qd priuatio ma-
terie e realiter sepabil a materia.
patet qd termini motus sunt inco-
possibiles ex quinto huius. et hoc
veru est de terminis primis. sed pua-
tio et forma sunt termini primi gene-
rationis. igitur in existente forma in
materia priuatio illius forme sepa-
tur a materia. Quartu dicitur
est qd priuatio est principium per
accidens. tum quia accidit mate-
rie que est principiu p se. tum quia
ad generationes naturales necessa-
rio perigitur no vt aliquid inexistenti
genito. qd eni non est inexistens non e
principiu p se. tum qd est necessario
requisita. ideo e principiu aliquo
modo p accis. Primu. s. qd no sit
inexistens patet ex prio huius. secun-
dum. s. qd sit necessario requisita p
ex hoc qd aliter generatio no esset
naturalis. nam nalitas generationis
e ex inclinacione seu tendentia natu-
rali subiecti ad illam formam. quod
sine priuacione esse non potest. De
secundo sit ista prima conclusio. Pri-
uatio que e terciu principiu in na-
tura distinguit realiter a potentia
materie accepta p substrato. Hoc
probatur sic. illa quoz vnus ab alte-
ro separatur realiter sunt distincta rea-
liter. sed materia que est potentia
accepta p substrato et priuatio sunt
huiusmodi. quia vnus ab alio rea-

liter separatur sicut patet ex terciu
dicto igitur etc. Secunda conclusio
sit ista. Priuatio que est terciu pn-
cipiu in natura distinguit realiter
a potentia materie accepta p res-
pectu aptitudinali. Que conclusio sic
probatur qd priuatio realiter sepa-
tur a respectu aptitudinali potentie ma-
terie igitur realiter distinguitur. ans p
qd in aduentu forme nouiter gene-
rate manet ille respectus aptitudina-
lis sicut prius. priuatio autem no ma-
net respectu illius forme. Tercia
conclusio sit ista. priuatio que e ter-
ciu principiu in natura distinguit
realiter a potentia materie accepta
p respectu actuali. Hanc proba-
tur sic. illud ad cuius generationem aliud
corrumptur et euerfo illa realiter
distinguitur. sed sic se habent
priuatio et respectus actualis pote-
tie in materia igitur etc. maior patet
quia generata forma generatur re-
spectu actuali. priuatio vero cor-
rumpit. sed corrupta forma e e-
uerfo. Ex his concludo correlariu
qd priuatio que e terciu principiu
in natura distinguit realiter a pote-
tia materie accepta omni modo.

Sed contra predicta arguitur
qd priuatio sit idem realiter cum po-
tentia materie. qd si non tunc sequeret
qd essent quatuor principia nature
consequens e falsu et contra Aristo.

26
primo huius. ergo et antecedens.
probatio consequentie. quia vt patet
ex precedentibus priuatio ponit pri-
cipiu p accidens. tum quia inest ma-
terie que e principiu p se. tum quia
ad generationes naturales necessario
requisita vtrunqz conuenit potentie
materie vt patet. igitur erit principiu
nature si potentia materie a priua-
tione materie distingueret. Pre-
terea que solum distinguntur con-
uenienter sunt idem realiter. sed pri-
uatio et potentia materie sunt huius-
modi igitur etc. minor probatur ex p-
mo huius ubi dicitur qd priuatio et ma-
teria sunt idem subiecto. differunt
tamen ratione. Et idem videtur esse de
potentia materie. Preterea om-
nis distinctio realis arguitur duo ex-
trema realia. sed priuatio nihil est
reale igitur etc. Respondeo ad pri-
mu casu inferre. ergo quatuor erunt
principia nature nego consequentia.
Ad probationes dico qd vtrunqz
eorum competit potentie materie no
actuali sed aptitudinali patet de
se. Ista autem potentia aptitudina-
lis non distinguit realiter a mate-
ria vt ostensum est. et ideo non po-
nit in numeru cum materia. quia
non erunt principia nisi tria. Ad
secundum nego minorem. Ad p-
robationes dico qd dato qd materia
et potentia materie et priuatio sint

idem subiecto distinguntur tamen ratio-
ne formali et reali modo prepositi-
to. et per consequens plus qd conce-
ptibiliter. Ad terciu dico qd
dato qd priuatio non fundet disti-
ctiones reales. e tamen hec distin-
ctio real ex altero extremo quod
e potentia que potest fundare di-
stinctiones realem. Aliter dicitur
qd reale e duplex scilicet positiuu
et negatiuu sine conceptu enim
intellectus adhuc esset ens negati-
uu distinctu ab ente positiuo. hoc
autem modo e priuatio extremu
reale negatiuu et possit fundare di-
stinctiones realem negatiua vt est in-
preposito. Aliter potest dici qd si
velles restringere nomen distincti-
onis ad extrema realia et positia
vtar in preposito nomine no iden-
titatis distinguendo scilicet qd pri-
uatio et potentia materie sunt non
idem realiter. et hec de quinto pri-
cipali. et est finis primi libri.

Incipit expositio secundi libri
physicorum.

De re que

sunt 7c. Postquam
philosophus in primo
libro determinavit de principijs
intrinsicis nature hic consequenter
ostendit quod considerare de talibus
spectat ad philosophum naturalem
Et arguitur sic. Quicquid habet
rationem nature est de consideratio-
ne philosophi naturalis. Sed materia
forma et privatio habent rationem nature ergo
sunt de consideratione philosophi naturalis. propter
quod si naturalis debet considerare
de natura cuius materia et forma et
privatio prout patebit possint dici
naturam oportet quod de his consi-
derare habeat philosophus natu-
ralis. Ostendit autem Philo-
sophus primo quid sit natura. pro
quo ponit talem divisionem. quod eo-
rum que sunt alia quidem sunt na-
tura alia vero propter alias causas
natura quidem sunt animalia plante
et corpora simplicia ut ignis terra
7c. Ex qua divisione assignat differentias
inter naturalia et non naturalia dicens quod natu-
ralia videntur differre a naturalibus. quod
omnia que non sunt naturalia vi-
dentur esse habentia in se principium
motus et quietis sed non eodem mo-

do. quia aliqua habent huiusmodi
principium secundum locum. Alia vero se-
cundum augmentum vel decrementum
Quedam vero habent huiusmodi
principium secundum alterationem. Exem-
plum de habente principium motus
secundum locum ut quatuor elementa et
corpora animata et sic de alijs. Se-
cundum autem augmentum non ha-
bent nisi vegetabilia. secundum vero
alterationem habent in seipsis prin-
cipium motus corpora composita et
simplicia. Artificialia vero ut le-
tilus non habent huiusmodi prin-
cipium innatum. Ex his Philo-
sophus infert definitionem nature
dicens quod natura est principium
aliquid et causa movendi et quiete-
scendi eius in quo est primum pro se
et non secundum accidens. Exponit autem
non secundum accidens ut si aliquis
medicus sit sibi causa sanitatis non
tamen est pro se. quia non secundum
quod sanatur medicina habet. non
enim sanatur in quantum medicus sed
in quantum infirmus. Accidit enim
eundem esse medicum et sanari. unde
de dividitur aliquando a seipso
quod aliquando non seipsum sanat me-
dicus sed alium. dicit ergo natu-
ra esse principium motus eius in
quo est per se non per accidens.
Ad differentias artis quod licet ars

possit esse principium huiusmodi quia medi-
cus potest sanare seipsum hoc non est
per se sed per accidens.

Notandum quod ea que sunt per
se sunt necessaria et sunt semper
talia. Quocumque igitur separari
contingit non coniunguntur per se sed
per accidens. Accidit ergo medi-
cine quod sit principium motus in
quo est cum contingat hoc divi-
di. hoc autem non est in natura.
Naturaliter enim non contingit
quod unum sit leve et per huiusmo-
di levitatem aliquod moveri sur-
sum. sed quodlibet quod movetur
naturaliter sursum movetur pro
motu levitatis que est in ipso.

Deinde ostendit Philosophus
quid est habere naturam. dicens
quod illa habent naturam que ha-
bent huiusmodi principium. Ad-
dit autem quod omnia hec sunt sub-
stantia. nam tam habens naturam
quam natura substantia est. Et ne quis
crederet quod omnis natura esset eo-
dem modo substantia subdit quod
natura semper est vel subiectum
quoddam videlicet quantum ad ma-
teriam. vel est in subiecto quantum
ad formam.

Consequenter dicit Philoso-
phus quod non oportet demonstra-
re naturam esse. quia manifestus est

quod multa sunt naturalia. ergo est ma-
nifestus naturam esse. manifesta au-
tem et per se nota non sunt demo-
stranda. quia per se notum non po-
test demonstrari nisi per aliquid
minus notum. Demonstrare autem
manifesta et nota per inmanifesta
est non potentis iudicare quid est
cognitum pro seipsum et quid non.

Notandum est quod de re sim-
pliciter questio dupliciter potest
fieri. una est an sit. alia est quid sit.
questio autem quid est presupponit
questionem quod est vel si est. multi-
tudo enim investigat quid est nisi presuppo-
nat ipsum. quia igitur philosophus invenit
gavit quid est natura non tamen pro-
bavit naturam esse. ideo ait ridiculum
est temptare demonstrare de natu-
ra si est cum sit manifestus ipsa esse.

Notandum insuper quod volens pro-
bare per se nota et manifesta per unum
manifesta signum est quod non possit discer-
nere quod sit per se notum et quid non
primo huiusmodi homines nihil intelli-
gunt sed solas voces apprehendunt
et rationem quid nois. Quod autem hoc mul-
tum contingat ostendit philosophus. nam aliquis
cecus natus silogizare potest de co-
loribus. et quod cecus a natiuitate im-
possibile est quod habeat scientiam coloris ne-
cesse est huiusmodi cecum apprehendere so-
las voces. nihil autem intelligere de re

Notandum autem quod causa que
cecus a natiuitate nihil de coloribus
intelligit est quia deficiente sensu
necesse est deficere scientiam que
sine illius sensum est ut habet declarari
primo posteriorum. Potest igitur
cecus apprehendere voces et ratios
nominum et silogizare de coloribus
nihil tamen intelligit de his que dicuntur
nihil scire quid est per se notum
in natura colorum. Et quia multi
sine intellectu sunt filii ceci. et non
apprehendunt nisi solas voces ideo
non possunt intelligere quid in
naturis rerum est perse notum et quod non.

Intra diffi

nitioem nature in qua
dicitur quod natura est principium
motus et quietis eius in quo est per se
non sine accidens. Notandum
quod natura est principium passiuum. et per
hoc naturalia differunt ab artificialibus.
quia in naturalibus principium
passiuum habet determinatam
inclinatorem ad formas. in artificialibus
vero non. sed est ibi inductio
forme contra naturales inclinatio
nem materie. ut patet in edificijs et
creacionibus. quod est contra inclinatio
nem grauium quod ponatur sursum. vel
saltem materia est in potentia medi

ata et neutra ad formas artificiales.
Contra quia natura dicitur
de forma magis quam de materia.
que habet rationes actiuas. Respondeo
quod natura ut dicitur principium
passiuum motus dicitur de materia
et de forma. quia licet forma
habeat rationem actus sic quod per
eam res habet esse actu. per eandem
tamen ipsa res est receptiua passiois
consequentis formas. Exemplum
per eandem formas qua homo est
homo est receptiuus risibilitatis.
et per eandem forma qua graue est
graue et leue est leue uenit eis talis
vel talis motus. Sic et differt natura
a violento. quia violentum est
illud cuius principium est extra non
conferente vim passio. ita quod per
passio constructur cum li conferente vim.
et non cum per principium. ut sit
sensu ipso passio non conferente vim.
Conferunt autem passio vim non
simpliciter actiue sed dispositiue et
inclinatiue quam scilicet habet naturalis
inclinatio et dispositionem ad
formam introducendam quod non
esset de violento ut cum lapis fertur
sursum.

Notandum tamen quod natura alii
quando potest esse etiam principium
motus actiue. unde grauis vel
lapis actiue tendit deorsum et alii

mal seipsus mouet. de quo septio
huius. Sic igitur patet quod natura
est principium motus per se vel
inclinatiue vel dispositiue vel etiam
aliquando actiue.

Dicitur etiam primo id est
principaliter ad differentiam aliarum
formarum accidentalium. Omnes enim
forme accidentales sunt quasi instru-
menta formarum substantialium. propter
quod in nulla actiue nec in aliquo
motu ad formas substantialem.
forma accidentalis non potest esse prin-
cipale principium sed instrumenta
le et dispositiuum.

Alterius forte dubitatur aliquis
quod in diffinitione nature superflue
addatur non sine accidens. quod quod
est non secundum accidens videtur
esse per se et conuerso.

Dicendum quod hec se habent per
ordines non sine accidens et per se
non sine accidens per se primo. in
plus enim est non sine accidens quam
per se. illud enim est per accidens
quod est indeterminatum. Alibi etiam
fit ex dulci per accidens. quia non
magis ex dulci determinate quam ex
amaro. Si ergo accipiat per acci-
dens proprie albus non fit ex nigro vel
ex suo contrario per acci-
dens. determinate ei generationes sunt ex contra-
rijs. non enim potest fieri contrarius

nisi ex contrario. Ex dulci autem fit
albus per accidens. quia ut dictum
est non habet albus quod determi-
nate fiat ex dulci vel ex aliquo alio
sapore. Sed licet album non fiat
ex nigro si proprie accipiat per
accidens non tamen fit ex nigro per
se. Sed per se loquendo albus in
actu fit ex albo in potentia. verum
quia albus in potentia semper est
coniunctus nigro vel alicui coloris
medio ex consequenti albus fit ex
nigro vel ex colore medio. in plus
est ergo non esse per accidens quam
per se esse. quia quod est ex conse-
quenti potest esse non per acci-
dens. non tamen propterea dicitur
esse per se. Et sicut non per ac-
cidens est in plus quam per se sic per
se est in plus quam primo. quia sufficit
ad hoc ut sit per se quod sit causa per
se. sed ad esse primo oportet quod
sit principalis. Cum ergo philosophus
ait quod natura est principium
motus et quietis eius in quo
est non per accidens sed per se ut
primo vult dicere quod est huius
causa determinata propria et prin-
cipalis.

Notandum insuper quod Philosophus
non intendit quod natura sit
principium motus in quolibet
respectu cuiuslibet speciei mo-

tus. sed in aliquibus est principii
motus localis vt in grauibus ⁊ le-
uibus. In aliquibus est principi-
um augmenti vt in vegetabilibus
⁊ sic de alijs. Unde non omnia
grauia ⁊ leuia mouent motu aug-
menti. nec etiam omnia mouentur
motu alterationis vt corpora sup-
celestia.

Videtur au-

tem natura ⁊c. Post
quam Philosophus inuestigauit
quid est natura. In parte ista di-
cit quod materia ⁊ forma ⁊ pri-
uatio debent dici natura. Et
primo probat de materia sic. Il-
lud quod perpetualiter in rebus
naturalibus est eorum substantia
erit natura. sed hoc ē materia. igitur
⁊ cetera. minores probat ex te-
stimonio antiquorum. dicens quod
antiqui philosophi quodlibet ho-
rum elementorum quod dicebant
aliorum materiam dicebant esse
perpetuum. Non enim ponebant
in ipsis elementis esse mutationes

ex seipsis. quia non ponebant ea
fieri ex se inuicem etiam ex alijs.
sed alia ab elementis dicebant fi-
eri ⁊ corrumpi in superficies.

Patet ergo dicendum esse quod
vno modo natura dicitur sicut
pura substantia materia vnicuique
que habentium in seipsis principii
um motus.

Consequenter probat formas
esse naturam. quia nihil habet na-
tura sui ipsius nisi habeat species
⁊ formas secundum rationes ⁊ dif-
finitionem qua forma distinguen-
tes vnā rem naturalem ab alia
dicimus quod est vnumquodque
tale. vt quid est caro aut os. Sic
igitur forma ⁊ species est id per
quod aliquid dicitur naturale qua-
re ipsa est maxime natura. Di-
cit etiam Philosophus quod alio
modo dicitur natura de forma quod
de materia cum sit ens separabile
ab ea secundum rationem ⁊ diffi-
nitiones. quia dicit quid in actu.
materia vero quid in potentia.

Quod autem ex his est scilicet com-
positum. natura quidem non est sed
a natura. forma igitur est magis
natura cum vnumquodque eius sit en-
delectia vel ens in actu quod ha-
bet per formas est magis tale quam quod
est in potentia quod habet per naturam.

Iterum vero probat philosophus
hoc idem dicens quod mutatio natu-
ralis pura generatio est dicta nata.
quia est via in naturam id est in for-
mas. igitur forma potissime est nata.
quod propter vnumquodque tale ⁊ illud
magis. Notandum quod nomen na-
ture non operatur generatio nisi val-
de large quia est via in naturam.
Quod autem generatio dicatur natu-
ra ostendit prius quod denotatur a
termino ad quem vt a forma quod om-
nino dicitur per differentiam quas habet ars a na-
tura. ideo dicit quod generatio non
dicitur via in medicinam sed in sanita-
tem. ⁊ sic denotatur a termino a
quo non a termino ad quem. medi-
catorum enim necesse est esse a medi-
cina non in medicinam. sed naturam. id est
generatio naturalis non sic se habet
ad materiam vel ad formam. quod sem-
per denotatur a forma ad quam
vadit. Pro quo notandum quod
consideratio naturalis est circa mo-
tus ⁊ factiones naturales potissime

29
eius consideratur vt habent rationem
motus. ⁊ ideo suscipiat denotatio-
nes a forma vt a termino ad quem
Et ideo eius naturalis generatio di-
catur natura eo quod habeat denota-
tiones a forma vt a termino ad quem
opozet quod forma potissime dicatur
natura.

Notandum insuper quod licet
naturalia agant motu ars tamen
agit immobilis. factiones igitur na-
turales licet considerentur per modum
motus. factiones tamen secundum artem
possunt accipi per modum actus. Et
quia actiones denotantur a princi-
pio a quo factiones secundum artes
vtpurimum non denominantur a for-
ma quam inducunt sed ab arte a
qua sunt. vt medicus ab arte medi-
cine non a sanitate. ⁊ edificatio ab
arte edificandi non a domo. Quod
vtraque denominatio sit possibilis
patet. quia sicut dicimus quod me-
dicus medicet sic dicere possumus
quod sanet. Et sicut dicimus quod edifi-
cator edificat sic dicere possumus
quod albificat. Videtur tamen
magis conueniens tales factiones de-
nominari a principio a quo quam a
termino ad quem. quia secundum quod hu-
iusmodi magis videtur considera-
ri vt sunt actiones quam vt sunt
motus.

Consequenter ostendit Philo-
sophus q̄ priuatio potest quodā
modo dici natura dicens q̄ for-
ma ⁊ natura dupliciter dicitur.
Dicitur enī de forma completa ⁊
de priuatione. Pro quo notā-
duz q̄ priuatio potest dici forma
⁊ natura dupliciter. tūz quia sem-
per est annexa forme vel nature.
nunquā enī est priuatio vni⁹ con-
trarij nisi sit annexa forme alteri⁹
tūz quia in suo intellectu includit
formas. Semper enī in non face-
re intelligitur facere ⁊ in negatiōe
affirmatio. vt dicitur circa finem
secundi elencorum.

Noniam

autem determinatus
est ⁊c. Postquā phi-
losophus ostēdit q̄ materia ⁊ for-
ma ⁊ priuatio sunt vel dicuntur na-
tura ex quib⁹ haberi potest q̄ ad
naturales spectat considerare d̄ ip-
sis. In parte ista ostendit hoc
idem ex differentia quāz habz na-
turalis ad mathematicū. Inten-
dit autē tales rationes. naturalis
differt a mathematico. quia ma-
thematicus considerat formā p̄ter
materias sensibiles. naturalis ve-
ro considerat formam in materia
sensibili. Omne considerās formā
in materia sensibili habet confide-

rare de materia ⁊ de forma. igit̄
spectat ad naturales considerare tā
de materia q̄ de forma. Venatur
igitur Philoſophus differētiāz inter na-
turales ⁊ mathematicū. Et p̄io
ponit ratiōes pbantes mathe-
maticum non differre a phisico sic.

Corpora phisica idest natura-
lia habent plana idest superficies
⁊ firma idest soliditates ⁊ longitu-
dines idest lineas ⁊ puncta de q̄-
bus intendit mathematicus. s̄ sci-
entia considerātes de eodez sunt ee-
dez ⁊ non differunt. ergo scientia
mathematica ⁊ phisica erūt eedē.
quia de eodez considerāt. Itēz
quia astrologia aut ē altera a na-
turali aut est pars eius. non vide-
tur autē q̄ sit altera cuz de eisdez
sit phisicus ⁊ astrologus. patz q̄
si phisici ē considerare quid ē sol
⁊ quid est luna nullūz incōueniēs
ē q̄ ad phisicūz ptineat considera-
tio accidentiūz que soli insunt ⁊ lu-
ne. Cūscūq̄ enī est considerare
subiecta est considerare accidentia
subiectoz. Si ergo phisicus cōsi-
derat de sole ⁊ luna habet etiam
considerare de motibus ⁊ eclipsi-
bus coz. ⁊ q̄ de talib⁹ considerat
astrolog⁹ igit̄ ē de eisdem astrolo-
gus ⁊ phisic⁹. quare v̄ q̄ mathe-
matica saltē quo ad istā p̄ez q̄ est
astrologia nō differat a phisica.

2
Consequenter soluit Philoſophus di-
ctas rōes. Solutio autē oim dēā
tūz rationū in hoc cōsistit. quia lz
de eisdez consideret mathematicus
⁊ phisicus non tamē eodez modo
ideo q̄ de his lineis ⁊ huiusmodi
negociat mathematic⁹ nō tamen
vt vnūquodqz illoz est terminus
phisici cozpis. neq̄ etiā accidentia
solis ⁊ lune specularur mathe-
matici inquantūz accidit cozpibus exi-
stētib⁹ talibus idest exiūtib⁹ na-
turalibus. vnde mathematic⁹ ab-
strahit p̄ consideratiōez a talib⁹ coz-
pib⁹. cōsiderat ei q̄ sunt abstracta
a motu. ⁊ h̄mōi cōsideratio quatū
ad veritatē nihil differt. vera est
enī cōsideratio mathematicozūz
ideo subdit q̄ non sit mendacium
abstrahentiū. Dubitaret forte
aliquis an phisic⁹ differat ab astro-
nomo. Et videt q̄ non. motus enī
non p̄t cōsiderari p̄ter motūz. q̄
tūc aliquid cōsideraret p̄ter seipz
Cum igit̄ ad astronomū perti-
neat cōsiderare de motib⁹ plane-
tarū videt q̄ astrologia nō abstra-
cta sit a motu ⁊ p̄ oīs est naturalis
Dicendūz q̄ astrologia magis ap-
propinquat naturali phie q̄ q̄cūqz
q̄ alia sciētia pure mathematica.
non tamē est eadez sciētia astrolo-
gia ⁊ phisica. Naz licet vtraqz sit
de motu planetaz non tamen

30
hoc est eodez modo. quia phisica
magis est de dictis motib⁹ vt mo-
tus sunt. astrologia vero est de di-
ctis motibus vt in eis sm veloci-
tates ⁊ tarditates repiūtur ⁊ maior ⁊
minor distātia planetaz ad inui-
cēz cōsiderat. igit̄ astrolog⁹ est de
huiusmodi motibus non secūduz
rationez motus. sed vt in eis repe-
ritur ratio quāritatis. ita q̄ astro-
logus considerat de quāritate co-
rum secūduz velocitates ⁊ tardita-
tes. Naturalis vero vt ait Comē-
tator considerat de naturis eozūz
sm quod mobilia sunt corpa phi-
sica. Aliter posset dici q̄ astro-
logia non est pure mathematica
vt dictūz est in secūdo capitulo p̄-
me partis huius compendij.

Alterius dubitarz aliquis for-
te vtrum differat quāruz ad veri-
tatem consideratio abstractiua ⁊
non abstractiua. Et videtur q̄ sit
mendacius. quia sicut res se habz
ad esse ita ad veritatē secūdo me-
taphisice. Que igitur non sunt ab-
stracta secūduz esse non possunt ef-
se abstracta secūduz veritatē.
mathematica igit̄ cum non sit ab-
stracta secūduz esse si consideren-
tur vt abstracta considerabuntur
vt non sunt. falsus ergo erit intelle-
ctus. Dicendūz q̄ duplex ē ab-
stractio scilicet phisica ⁊ diuisiua.

Precisua est quando intelligitur hoc sine hoc. vt si intelligat animal non intelligendo hominē vel materiā quantā nō intelligendo materiā sensibilez. ⁊ hoc modo abstractiō non ē mendaciū. Alia autē ē abstractiō diuiliua. quādo scilicet hoc intelligit non inesse illi. vt intelligere animal nō inesse homini. ⁊ hoc modo abstractiō est mendaciū mathematici autē abstractiō prior modo non autē secundo. Quia igitur dicit sicut se habet res ad esse ⁊c. est intelligendū quod res non ē intelligenda sub modo repugnantī sue nature. vt abstractiō secundo modo non primo.

Consequēter ostendit Philosophus quod eiusdē sciētie ē considerat materia ⁊ formam. ⁊ hoc sic. Ars imitat naturā. sed eiusdē sciētie vel artis est considerare speciem ⁊ materiā. vt artis medicīne est cognoscere sanitatē tanquā formas ⁊ colorā ⁊ flegma tanquā materiā in quibus est sanitas. Hari ergo ratiōe ⁊ naturalis philosophiē est cognoscere vtrasque naturas scilicet materiā ⁊ formas.

Termina

tis autē his ⁊c. Postquā philosophus determinauit de causis intri-

secis hic consequēter determinat de omnibus causis tam intrinsecis quā extrinsecis. Dicit igitur quod his determinatis consequēter est inquirendū de omnibus causis rerum naturalium. quia hoc negociū philosophicum est sciendi gratia. Scire enim tūc vniū quodque opinamur cum eius causas cognoscimus. Dicit ergo philosophus quod vno modo dicitur causa ex quo aliquid fit cum insit quātū ad causam materialem. Alio modo dicitur causa forma que ē species ⁊ exemplū. hec autem est ratio ipsius quod quid erat esse. quia forma sumitur principaliter diffinitio.

Notandū quod forma potest tripliciter sumi. Vno modo vt dat esse. ⁊ sic dicitur species. Alio modo vt est ratio generandi sibi similem. ⁊ sic dicitur exemplū vel paradigma. Alio modo vt est ratio intelligendi. ⁊ sic dicitur quod quid erat esse id est quidditas.

Amplius dicitur causa efficiens vt de eo quod est vnde principium motus ⁊ quietis. vel quod est vt causa consilians. vel vt est causa pater respectu filij. ⁊ vniuersaliter faciens facti. Notandū autē quod causa effectiua duplī potest accipi Primo quod quedā est principalis

⁊ quedā secundaria ⁊ coadiuuans Secundo potest distingui causa. quod quedā est vniuersal quādam particularis.

Quantū igitur ad causas principales ⁊ secundarias aut vniū principium aut consilians. ita quod per primum principium intelligit causa principale; per consilians vero coadiuuans ⁊ secundaria. Quāruz vero ad causas vniuersalem ⁊ particularem ait pater ⁊ faciens. faciens autē ē vniuersalis causa quod pater

Deinde dicit Philosophus quod adhuc se habet tanquā ad modū finis. hec autē est cuius causa alia fuit. vt sanitas ē finalis causa ambulandi. Sunt igitur quatuor cause per se. Deinde dicit Philosophus quod eiusdē rei possunt esse plures cause in diuersis generibus causarū. vt es ⁊ statuas sunt cause statue scilicet efficiens ⁊ material.

Consequēter dicit Philosophus quod cause sunt sibi inuicē cause. vt laborare ē causa sanitatis ⁊ salutaris causa laborandi. sed nō eodem modo. scilicet sanitas est causa sicut finis laboratio ē causa sicut principium. vnde motus. scilicet efficiens. Tandē dicit Philosophus quod idē potest esse causa contrariorū aliter ⁊ aliter. vt nauis per sui presentiam est causa salutis nauis ⁊ per absentiam est causa submersiōis nauis.

2
31
Positis speciebus causarū seu generibus ponit consequēter Philosophus eāz genera siue modos dicens quod modi causarū sunt multi. nam in eadē specie causarū est differentia modorū. quia causa potest accipi vt communis ⁊ vt propria. vt medicus ē causa propria sanitatis. ⁊ artifex est causa communis. Et sicut in genere cause efficiētis reperit communis ⁊ propria ita in genere cause formalis. Notandū etiam quod causa communis ⁊ propria dupliciter accipi possunt. vel secundū causalitatem vel secundū predicationem. vt sol est causa communis respectu vniuersitatis plantarū in planta secundū causalitatem. Artifex vero respectu medici est causa communis secundū predicationem. Dicit autem sol causa communis respectu plante. quia ad plures effectus se extendit. Postea ponit Philosophus aliam combinatiōem causarū dicens quod quedā sunt cause per se ⁊ quedā per accidens. vt statua faciens est causa statue per se. ⁊ polidectus est causa per accidens quia accidit statuam facienti polidectum esse. ⁊ sicut polidectus est causa per accidens ita omnia vniuersalia ad polidectum. vt homo ⁊ animal ⁊ alia vniuersalia sunt quibus cōuenit polidectus.

Dubitaret forte aliquis utrum
polidetus vel for. sit causa statue
p accidens. Et videt q non. Ratio
enī adōis ē p se loquēdo nō solus
est forma sed ē subiectū. si igitur
ars statufica hz esse in forte vt in
subiecto. for. erit causa statue per
se. Dicendū q ratio agendī perse
7 primo cōpetit forme. si autē cō
petit subiecto hoc est inquātū stat
sub forma. si igit accipit subiectū
non vt stat sub forma que est ratio
illius adōis statim accipit non vt
causa per se sed p accidens. Polide
tetus enī p aliā formā ē polidet⁹
7 homo. 7 p aliā formā ē artifex.
Ratio autē ppria faciēdi statuā
non est forma p quāz est Polide
tetus vel p quāz est homo sed p q̄
est artifex. sic igit subiectū nūquā
est ratio principalis agendī s; for
ma. nec vnquāz debet accipi vt p
se causa nisi vt stat sub forma que
est ratio agendī. Ex hoc pōt elici
q cum in eodē subiecto possint ēē
diuerse forme quāz vna est ratio
agendī 7 nō alie subiectū cōsidera
tūz sub forma actiua erit causa p
se. 7 sub alijs erit causa p accidēs.
Notandū etiā q p accidēs po
test sumi ex parte effect⁹. vt quan
do non sit illud sed sit aliquid an
nexūz. vt aperiens fenestra illuat
domū p accidens non quia faciat

lu mē. s; qz facit aliquid ad quod
cōsequit huiusmodi illuatio.

Preterea expōit Dhus terci
as combinatōz dicens q alie sunt
cause in potentia 7 alie in actu. vt
edificator est causa in potētia edī
ficandī domū edificans est causa
in actu. Consequēter pōit phi
losophus quartam combinatōz di
cens q cause aliqū sunt complexe
in causa per se 7 p accidens. 7 di
cuntur etiā simplices seu incōplexe
vt polidetus non est causa cōple
xa nec statuā faciēns. s; hoc totū
polidetus statuā faciēns est causa
cōplexa. Alterius ponit diffe
rentiaz Dhus inter causas in po
tentia 7 in actu dicens q cause in
actu simul sunt 7 non sunt cuz esse
tribus suis. non sic autē est d cau
sis in potentia.

Ad euidentiaz eorū que dicta
sunt de causis tria consideranda
sunt. Primū est de plitate causa
rum respectu eiusdē rei. secundūz
est d causalitate cause finalis. ter
ciūz quoz de differentia cause in
actu 7 cause in potētia. Quan
tūz ad primū primo pmittā aliq̄s
distinctiones. fo ondam aliquas
conclusiones. De primo sit ista
prima distinctio q causarū qdaz
sunt eiusdē ordinis. quedā alteri⁹
7 alterius ordinis. Dicuntur autēz

cause eiusdē ordinis que in eodē
genere cause sunt eqz primo 7 ei⁹
dem speciei. sed dicuntur cause al
terius ordinis que in eodē genere
cause sunt essentialr ordinate fm
prius 7 posterius. 7 sunt alterius
speciei. Exemplūz duo hoies eqz
primo trabūt nauis. exemplū seccū
dī sol 7 homo in generatōe.

Secūda distinctio sit illa q cau
sarū eiusdē ordinis quedam sunt
totales quedā partiales. Dicit āt
causa totalis que in illo genere nō
indiget ad suā causalitatem alia
causa eiusdē ordinis secum cōcau
sante. sed ipsa sola sufficit per se.
Sed causa partialis dicit illa q
in illo genere cause non sufficit ad
causandūz effectū sine alia. Exem
plūz primi ignis generas ignē. Ex
emplūz seccūdi duo hoies trahen
tes nauim quoz alter de se nō suf
ficeret ad trahendū. Tercia di
stinctio sit illa q causarū quedam
sunt eiusdē generis quedā alteri⁹
Exemplū primi omnes cause effi
cientes sunt eiusdē generis. Exem
plūz seccūdi. si accipiātur cause di
uerse q̄rū vna ē efficiēs alia mate
rialis vel formalis. De seccūdo
sit ista prima conclusio q eiusdēz
generis possunt esse plures cause
per se alterius 7 alteri⁹ generis 7
totales. Dec cōclusio patz p Ari

sto. hic in ista 7 in quito metaphi
sice. qz statue sunt cause es 7 ita
tuifica quoz quelibet est causa to
talis in suo genere. Secūda cō
clusio sit illa q eiusdēz effect⁹ pōt
esse plures cause eiusdē generis 7
totales si sint alteri⁹ ordinis. hec
cōclusio patet p exemplūz. qz de⁹
7 sol 7 homo homines in esse pro
ducunt quozz quelibet est causa
totalis 7 sufficiens in suo ordine.
7 est quelibet de genere efficiētis.

Tercia conclusio sit ista q eius
dēz effectus possunt esse plēs cau
se eiusdēz generis 7 eiusdēz ordi
nis si sint cause partiales. Hoc vide
ri pōt p exemplūz. Sicut enī plu
res homies trahentes nauim sunt
cause trad⁹ nauis ita pater 7 ma
ter sunt illo modo cause prolis.

Quarta cōclusio ē ista q impos
sibile ē eiusdēz rei esse plures cau
sas eiusdēz generis 7 eiusdēz ordi
nis 7 esse totales. Hanc pbo sic
quia si sic igit effectus nō depēde
ret essentialiter ab aliqua causarū
barū. cōsequēs ē falsūz euidenter
ergo 7 antecēdēs. pbatio cōsequē
tie. si. a. 7. b. sint cause totales ipsi
us. c. tūc. c. non depēderet ab ipso
a. quia sufficiēter haberet esse per
ipsūz. b. quod ponit totalis causa
eius. Et p idem pōt probari q nō
dependeat ab ipso. b. cōtialiter.

quod ponit totalis causa eius. ergo ipsius. c. non dependet essentialiter nec ab a. nec ab b. quod est omnino extra rationem. scilicet illa ratio nihil facit contra secundam conclusionem. quia cause alterius ordinis et totales non superflue quatenus ratio ordinis essentialis omnes simul requiruntur et sunt alterius rei quod non est in proposito.

Quantum ad secundum articulum principale videndum est an finis sit causa efficiens et maxima causa. Pro cuius declaratione primo premitam aliquas diffinitiones. secundo ad questionem respondebo. De primo sit ista prima distinctio quod finis est duplex. ut habet secundo de anima. scilicet finis gratia cuius et finis quo. dicitur autem finis gratia cuius ipsum obiectum quod per operationem attingitur ut deus qui attingitur a bonis per operationem intellectus et voluntatis. scilicet finis quo dicitur ipsa operatio qua obiectum attingitur puta volitio et intellectio. Secunda distinctio sit ista quod finis cuius est qui aliquando in esse producit aliquando non scilicet presupponit. Exemplum primi de forma naturali que per motum vel generationem producit. Unde quinto metaphisice capitulo de natura dicitur quod finis generatio est forma. et ille fi-

nis est obiectum quod attingitur in actione transiente per quam producit in esse. Exemplum secundi deus et ille finis est obiectum quod attingitur operatione imanente puta per actum intellectus et voluntatis. Tercia distinctio sit ista que ponit ab Avicenna quarto metaphisice capitulo quinto quod res dicitur esse causata dupliciter quod res aliquando est causata in causalitate. aliquando in esse suo. primo modo efficiens habet rationem causati in specu finis non quantum ad finem esse ut patet sed quantum ad causalitatem. Secundo autem modo est causata forma seu compositum quantum ad finem esse. De secundo dico ad questionem. scilicet parte affirmatiua tenendo scilicet quod finis sit causa efficiens et maxima causa. que conclusio patet per philosophum hic et quinto metaphisice dicens quod finis est causa efficiens. Commentator dicit quod est maxima causa. Et Avicenna dicit quod si de vnaquaque causarum esset aliquid qua scientia illa que esset de fine esset nobilior. Est igitur ille ordo in causis. quod finis primo venit in mente agentis sub ratione boni et appetibilis. agens autem motum a fine producit formas. que forma producta coiccat materie. Et ultimo sequitur quod materia sustentat formam. Sed contra predictam arguitur et primo quod finis sit causa. quod vel est causa scilicet

2
quod ens vel secundum quod non ens. non secundum modum. quod non ens nullus est causa. nec primo modo. quod finis non est causa nisi secundum quod mouet efficiens ad agendum. scilicet quantum finis est non mouet efficiens sed cessat ab actione igitur non. Secundo arguitur quod non sit causa efficiens. et si sic secutur duo inconuenientia. prima est quod idem respectu eiusdem esset causa et causata. quod patet ex hoc. quod est ipsius efficiens est causa finis sic euerio ut habet in textu secundum quod in demonstratione erit circulus. quod patet sic. quod demonstratio propter quod est per causas. Tunc igitur efficiens sit causa finis poterit per efficiens demonstrari finis si etiam finis sit causa efficiens. igitur per finem poterit efficiens demonstrari si et finis sit causa efficiens igitur erit circulus. Tercio arguitur quod finis non sit maxima causa. quod finis est causa extrinseca. igitur non est maxima causa. contra patet. quod materia et forma que sunt cause intrinsece magis videtur conferre ad esse rei quam cause extrinsece.

Ad illa respondeo. ad primum dico quod finis est causa secundum quod est ens in mente artificis. sic enim mouet agentem in ratione dirigibilem. Ad secundum de primo inconuenienti dico quod non est inconueniens idem esse causa et causata causalitate diuersimode dicitur. tamen in eodem genere causalitatis est impossibile. Unde efficiens est causa finis et per

33
consequens prius in ratione cause efficientis. finis autem est causa efficiens et per consequens prior in ratione finis. De secundo inconuenienti dico quod non est circulus in demonstratione. quia non est virobique idem genus demonstrationis. quod non est in proposito. quod sicut causa est equiuoca ita et demonstrationes. Ad tertium cum dicitur quod cause intrinsece sunt magis cause dicendum quod falsum est. quia illa que est prima causalitas omnium est verior. talis est causalitas finis. quia omnis alia causalitas dependet a fine ut dictum est. Unde verum est quod effectus dependet a causa intrinseca immediatius et propinquius non tamen magis simpliciter.

Quantum ad tertium articulum principale scilicet de differentia cause in actu et potentia dicit philosophus hic et in quinto metaphisice quod causa in actu et effectus in actu simul sunt et non sunt non sic de causa et effectus in potentia.

Ad cuius euidentiam dico tria de mente doctoris subtilis in quinto metaphisice. primum est quod illa dicitur iter causarum in actu et in potentia respectu effectuum proportionaliter acceptorum non est accipienda quantum ad ipsas relationes cause ad effectum.

quod si sic simul esset causa in potentia et effectus in potentia. sicut causa in actu et effectus in actu. Nam omnia haec referuntur uno genere relationis. scilicet secundo modo. sed veritas huius dicti accidentis est de fundamentis relationum. ut sit sensus quod relatio esse in actu non potest fundari nisi in ente in actu. et ideo simul sunt et non sunt sicut relationes ita et fundamenta earum. sed relationes cause in potentia et effectus in potentia non requirunt fundamenta in actu et ideo non oportet fundamenta earum simul esse licet relationes simul sint. non enim oportet edificatores simul esse et edificabile. quod edificabile potest esse in ente in potentia. Secundum dictum est quod ista dicta non est intelligenda de fundamentis relationum in quantum fundamenta sunt. quod si sic sicut utroque relationes utrobique sicut sunt et non sunt. ita et fundamenta in quantum fundamenta sunt consiliter ut sic non sunt relationes secunde intelligende de fundamentis comparatis ad existencias. quod in causa et in effectu in actu si unum fundamentum existit et aliud. non sic autem de causa et effectu in potentia.

Tertium dictum est quod ista dicta non est intelligenda de fundamentis absolutis sed acceptis sub relationibus. Non enim sequitur quod si unum scilicet fundamentum existit scilicet cause in ac-

tu quod effectus existat. quod fundamentum actualitatis potest esse sine relatione. Sed si fundamentum cause in actu sub relatione existit in actu tunc etiam fundamentum effectus sub relatione effectus in actu existit in actu non sic de causa in potentia respectu effectus in potentia.

Sed contra predicta arguitur et videtur quod causa particularis etiam in actu non sit simul cum effectu particulari etiam in actu. quia si sic. ergo in principio motus cessaret motus. consequens est evidenter falsum. ergo et antecedens. probatio consequente quia habitis principalibus in materia cessat motus ex primo de generatione. Accipiat ergo aliquod efficiens per motum certum est quod in principio motus est efficiens in actu. ergo est effectus in actu. sed effectus existente in actu cessat motus. ergo cessabit in principio. Preterea movens naturaliter est prius motu ut dicitur quarto metaphisice ergo potest esse sine illo sicut prius sine posteriori. ergo causa in actu potest esse sine effectu in actu.

Preterea scitum in actu ponit scientiam in actu. sed scitum in actu potest esse scientia non existente in actu. ergo causa in actu potest esse sine effectu in actu. probatur minor quia referuntur in tertio modo re-

lationum ubi non est mutua dependentia. quod scientia dependet a scito et non e converso. Preterea deus est semper causa in actu. Si ergo causa in actu et effectus in actu sunt simul sequitur quod effectus semper fuerit in actu et sic mundus ab eterno fuisset quod est falsum et hereticum. Quod autem deus semper sit causa in actu patet quia si non tunc prius fuisset causans in potentia et postea in actu. et per consequens fuisset mutatus.

Ad ista respondeo ad primum dicto quod ratio non valet. Ad probationem dico quod eo modo quo agens per motum est in actu effectus est in actu modo perposito. Si enim motus est ipsius agens non est causa in actu facta esse usque ad ultimum eius. accipiendo tamen effectum respectu cuius est movens in actu. et effectus est in actu. scilicet ipsius fieri. quod dum movet est causa in actu ipsius fieri. sed in ultimo instanti est causa facti esse in actu. et tunc effectus et causa sicut sunt et non sunt in actu. unde si causa est in actu in fieri sicut erit effectus in fieri. Si causa est in facto esse simul erit effectus in facto esse. vel si causa in actu in facto esse erit simul et effectus in actu in facto esse. Quando igitur dicitur quod habitibus presentibus cessat motus. Dicendum quod presente habitu siue effectu in facto esse cessat

Utrum autem respectu intellectiōis solus intellectus possibilis mediante specie intelligibili se habeat actiue. vel solū agens vel utriq̄ sunt varie opinōes quāz que libet potest sustineri vt dicit idem doctor in prefata quēstiōe quolibet. Si autem vtrūq̄ se habeat ad finē respectu intellectiōis intellectus agens est principalior causa possibilis vero minus principalis.

Ex istis patet distinctio formalis intellectus agentis et possibilis sicut prius dictū est de alijs potētijs anime. Cui enī solus agens se habeat actiue respectu speciei intelligibilis et solus possibilis passiuē patet q̄ eoz est tantum distinctio ex natura rei licet non realis. Secūduz p̄cedā pot̄ intelligi illa distinctio potētiarū Aug⁹. p. io de trinitate inter mēoziaz intellectiōis et voluntatē. Intellectus enī possibilis d̄r mēozia in q̄trum est receptiu⁹ sp̄ez. s; quo ad aliū actū mēorie qui est gignere noticiā actualē q̄ si sit p̄feda et distincta d̄r vniuers.

quo ad huiusmodi ergo actū si in
tellectus possibilis se habeat adie
dē et memoria. et sicut intellectus agens
se beat adie respectu huius noticie vel
ambo fin varias opinioes. Si aut
possibilis dicitur intelligentia quia solus
recipit actū intelligēdi.

Notandum etiam quod ut dicit idem
doctor ubi supra. In voluntate ei
requiritur voluntas agens sic intelligē
do quod sit preparata obiectū suū ut sit
actu intelligibile quādo obiectus
est actu intellectū est actu volatile.

Consequenter ostendit Philosophus in
tellectū agentē esse separātū ab orga
no sicut et possibile cum sit nobili
or eo ut dictus est.

Donit quoque ulterius Philosophus
dupliciter operatur intellectus. Primum
est qua intellectus intelligit indivisi
bilia sive incōplexa. et alia est qua
illa cōponit et dividit. In prima aut
operatur dicitur quod non est vitalis nec fal
sitas quātus. scilicet ad illud quod intelli
gitur. Licet autē ipsius incōplexū
non sit verus nec falsus tamē intel
lectus intelligēdo ipsius verū est in
quātus adequat rei intellectu. In
secunda aut operatur est vitalis vel fal
sitas. Cōpositio enī est vera si ea
que cōponit intellectus sint in re cō
posita. ut illa cōpositio homo est
albus est vera si albedo inheret
hōi a parte rei. si autē non est falsa.

quia aut verū aut falsus consistit
in cōpositōne que habet fieri per in
tellectus. ideo dicitur in septimo me
taphisice quod verus et falsus non est
in rebus sed in mente. Dicit aut
Aristoteles quod indivisibile dicitur tripli
citer sicut et unū cuius ratio ex in
divisiōe est. dicitur enī unū quod est
in se indivisus. Et hoc tripliciter.
Primo modo dicitur unū seu indivisi
bile cōtinuatē ut linea. et tunc unū
ut dicit ipse potest intelligi in instanti
si intelligat ut in se indivisus.

Potest tamē cōtinuari considera
tio per aliquod tempus si intelligat
ut divisibile in partes cuius intelligat
pars post partem intelligit in tempore
Secundo modo indivisibile dicitur
sicut species ut homo vel exercitus
vel domus. et tale potest etiam in
telligi in instanti. Si tamē cōside
rantur partes ut ab invicem divide ut
caro os etc. tunc intelligit in tempe

Tercio modo unū vel indivisibile di
citur quod est penitus indivisibile ut
punctus. et tale ut dicit Aristoteles. in
telligitur per privatiōis cōtinui et di
uisibilis. Cuius ratio est quia cum intel
lectus accipiat cognitōes a sensibi
libus illa prius cadunt in apprehen
siōe nostri intellectus que sunt sensibilia.
huiusmodi autē sunt magnitudines
hōtia. vñ punctus et unitas non diffi
niti nisi negativē. Sicut intellectus noster

cognoscit unū oppositum per species alterius
oppositi ut nigrum per album et malum
per bonum. Cuius ratio est. quia species alterius cō
trariorū est impedita et sic quodam
modo unū est privatio alterius. privatio
aut cognoscitur per habitū igitur etc.

Deinde comparat Aristoteles sensus
ad intellectū dicens quod fantasmata
se habent ad intellectū sicut sensibilia
ad sensus. ita quod sicut sensibilia movent
mediū ei impedito species suā et illud
immutatū immutat sensus ut aer imu
tatus a visibilibus immutat sensum
visus sic fantasmata intellectum.

Dicit etiam quod neutrum horum moue
tur ab obiecto motu proprie dicto
cuius nec sensus nec intellectus patitur
passione proprie dicta ut decla
ratū est primo capitulo primo huius tertij.

Ex his concludit Philosophus quod sicut
sensus non potest sentire sine sensibili
li sic nec intellectus intelligere sine
fantasmate. Nec autem ratio est ut
dicit Scotus dicitur. tertia prima sententia.
non quia in intellectu sit species intelligibi
lis alia a specie que est in fantasia.
sed propter cōnexionē huiusmodi potest
tari ad invicem que pro statu isto
sunt cōnexę quod quotiescunque in
telligimus velle fantasiamur singula
re. Unde dicit consequenter philo
sophus quod sine sensu non potest
homo aliquid discere quasi dicitur non
homo acquirere scientiam. neque intellige

re quasi utens scientia habita. sed
oportet cum aliquid speculat actū quod
formet sibi aliquod fantasma. hic
est quod lesio organo fantasie impeditur
intellectus a sua operatioe.

Compat etiam Aristoteles sensus ad
intellectus. quia sicut post apprehensio
nes sensus sequitur delectatio si ob
iectus sit cōveniens. vel tristitia si
sit discōveniens. et deinde desiderium
seu appetitus aut fuga. sic intelli
ctus post apprehensioē obiectū ip
sum persequitur vel fugit. Dicit
autem quod quāvis appetere vel fugere
et sicut sentire sunt diversi actus.
tamē non differunt subiecto cuius sunt
ideus organū sensus et appetitus.
differunt tamē ratione formali cuius
habeat distinctas rationes forma
les ex natura rei.

Ex premissis concludit Philo
sophus quod intellectiva anima est quo
dammodo oia inquantum. scilicet habet species
oim. est. n. per sensum sensitiva. et per
intellectū intellectiva. Non est autem ut
dicit omnia eo modo quo posuit
Empedocles quod erat terra inquan
tus cognoscebat terras et lapis in
quātus cognoscebat lapidē. lapis
enī non est in anima sed species seu
similitudo lapidis.

De potentia motiva.

Noniam

autem anima. **De** pte aie intellectiua nūc defīnitur de pte motiua. Et pzo dīstīnguit duplicē esse appetitū. s. sensitiuū et intellectiū siue voluntatez. Appetitiū aut dīstīnguit in duas vires. s. in vim irascibilez et concupiscibilez. Circa quod notādū sūm cōz opīnōez q̄ in vi concupiscibili ponātur sex passiōes. scilicet amor odiūz desiderū et fuga gaudūz et tristitia. Obiectū enīz concupiscibilis ponit bonū vel malū delectabile v̄l tristabile. vñ amor et odiū respiciūt ipsūz bonum vel malūz in cōmuni siue sit absens siue p̄sens. concupiscibilis respicit id quod natūz est esse cōueniens ex se ut cibus et huiusmōi. vel dīcōueniēs vt carentia cibi. ita q̄ n̄llo modo alio posito circa ipsū sola facta app̄chensioe natūz est se qui actus delectandi vel tristandi fugiēdi vel p̄sequēdi in quātūz est ex parte eius. talia autē non respicit irascibilis pro obiectis. Actus enī irascibilis est irasci. Irasci aut sūm dīcō secūdo etiāz topice siue est appetere vindicare. obiectum igitur eius est vindicabile. vel vt

usitate loquar. offendēs dicit q̄d nō statim est dīcōueniēs concupiscibili sed quod impedit illud q̄d est p̄mo cōueniēs. puta si cibus est p̄mo cōueniens appetitū gustatiuo aiālis. et ideo p̄mo concupiscitur phibens cibum vel p̄mo uens offendit aiālcōcupiscēs. hoc offendens est obiectum irascibilis circa quod irascibilis habet quod dicit nolle nō proprie refugietis sic concupiscibilis refugit nolitū sed magis repellentis. Et si dicas cuius est velle vnum oppositū ipsius est nolle alterūz. concupiscētis est velle vnumz oppositū. ergo ipsū est nolle alterū.

Respondeo et dico q̄ quando irascibilis habet suā nolitionē se quis in concupiscibili tristitia qua s. refugit nolitū. Est etiā ibi aliud nolitū. s. illud quod aufert cibū et illud est nolitū irascibili nō actu refugiedi sed propellendi. Et duz actu nō repellit est tristitia ipsius irascibilis. Isti autēz dolores irascibilis et concupiscibilis non sunt idem. Dolor enī concupiscibilis sit cū alia imutatioe organi in pte sensitua q̄ irascibilis. concupiscibilis autē cū restrictioe sicut delectatio opposita est cū delectatioe. dolor aut irascibilis cū calefactioe que est ac

centio sanguis circa cor. Et ex h̄ sequit q̄ in pte sensitua irascibile et concupiscibile h̄nt dīsa organa.

In rōnali aut p̄te p̄nt h̄re tales dīstīctōz obiectoz irascibilis et concupiscibilis sic in sensitua parte. non est tamē tāta dīstīctio illorū in volūtate quāta in appetitu sensituo. qz voluntas nō est potentia organica. s. sic ratio dīstīnguit in portōez supioez et inferioez p̄ cōpatōez ad diuersa obiecta. et tamē simplr est eadē potētia. sic eadem potētia est opatiua circa p̄mo et secūdo delectabilia et tristabilia. ita q̄ nō est ibi dīstīctio nisi ex parte obiectoz in que iēdit ipsa potētia. hec Scotus.

Ad euidētā et p̄dīctoz notanduz q̄ idem dīl. xxij. secūdi s̄nia ruz dicit q̄ portio supioz includit tres potētias anie et s̄līr inferioz. s. memoriā intelligentiā et volūtate que portōz dīstīnguntur p̄ officia. Per portōez enī supioz cognoscitur et diligit deus p̄ inferioez v̄o proximus. et sic portio superior ē respectu eternoz. inferioz resp̄ctū temporalū.

Deinde ostendit Aristo. quid sit moueri animal sūm locūz motu progressiuo. Et q̄ hoc non sit potentia vegetatiua probatur. quia semper motus progressiuus secun-

duz locū est propter aliquod imaginatū et desideratū. Non enī animal mouetur nisi appetens vel fugiens aliquid nisi forte per violentiam sed fantasia et appetitus nō competūt parti vegetatiue. ergo pars vegetatiua non est principū motus localis progressiuū.

Doc idem probat Philosoph⁹ de sensu. quia sensus est in omnibus animalibus. Et tamen sunt multa animalia que nō mouētur hoc motu sed semper manēt in eodem loco.

Et quia posset aliquis dicere q̄ hoc non est propter hoc q̄ deficit eis principū motiuū. s. quia eis defunt istrumēta apta ad motūz. Ideo ad remouēduz hoc sublungit q̄ natura nihil facit frustra nec deficit in necessariis nisi i aialibus orbatīs vt sunt quedā monstra que accidūt p̄ter intentionē nature ex corruptioe alicuius principij in semine. Sed aialia immobilia sunt perfecta in tua specie et nō orbata. ergo in huiusmodi aialibus natura nihil facit frustra nec deficit in necēss. vñ seq̄ si habent principū motus q̄ hēant p̄tes organicas dispositas ad motū progressiuū. als p̄ncipiū mot⁹ esset in eis supflūū et necessaria ad executōez potētie motiue sibi deficiat.

Nonit ergo Aristot. duo prin-
cipia mouētia. s. appetitūz et intel-
lectū. sub intellectu autē cōprehen-
dit fantasiaz. quod p3 q2 alia aia
lia ab hoīe mouētur que tamē ca-
rent intellectu. Mouet autem vt
dicit intellectū non speculatiu^o s3
practicū qui differt a speculatio-
fine q2 videt3 intellectus speculati-
uus rōcinatur ppter scire. practi-
cus vero ppter opari. practicum
enī dicit a praxi. praxis autē gre-
ce idēz est quod opatio latie. mo-
uet autē fantasia siue intellect^o in-
quātuz representat obiectuz appeti-
bile qd est principiu intellectū pra-
ctici. naz illud quod est primo ap-
petibile est finis i quo cōsideratō
intellectū practici incipit. Cum enī
volum^o aliqd deliberare p agen-
duz prio supponim^o finē. deinde
pcedimus p ordinē ad inquirenda
illa que agenda sunt ppter fines.
Et hoc est quod subdit q2 vltimū
in cōsideratiōe intellectū pteriti est
principiu actōis idēz est illud vnd
debem^o incipe actōez.

Reducit autē Ihus illa duo
motiua. s. intellectū et appetitū ad
vnu. s. ad ipsuz appetibile qd est
mouēs nō motuz. Appetitus autē
est mouēs motū ab obiecto appeti-
bili. Manifestū est enī q2 etiā mo-
tiua nō mouēt nisi inquātuz pici

pant primū. s. ipsuz appetibile.

Circa quod notandū q2 poten-
tia motiua quedaz ē impans que
daz impata. impans est ipa volū-
tas. impata ē potētia motiua sita
in neruis et organis que mouz ip-
sa mēbra et organa vt potētia mo-
tiua in motu et sic de alijs.

Consequenter excludit Ihus
quandā obiectōez que posset fieri
s. q2 appetit^o sensitiuus nō mouet
q2 cōtinēs non sequit^o huiusmodi
appetituz. que ratio propter hoc
soluit quia in homie sunt cōtrarij
appetituz quoz vnu cōtinētes se
quātur. s. intellectiū. alteri autēz
repugnāt. s. sensitiuo. intellect^o enī
aliquādo iubet retrahere a cōcu-
piscibili ppter cōsideratiōem fu-
turi.

Distinguit vterius Ihus du-
plicē ratōez. s. vniuersales et pti-
larem. vniuersal est vt oportet si-
liuz honorare parentē. pti-
cularis vero ut ego filius talē honorē pa-
tri debeo exhibere. vniuersal au-
tem non mouet nisi ut causa pri-
ma et quiescens. particularis ve-
ro mouet vt causa proxia et quo-
dāmodo motui applicata. Nam
opatiōes et motus in pti-
cularibus sunt. vnde oportet ad hoc vt mo-
tus sequat^o q2 opatio vniuersalis
ad singularia applicet. Et ppter

hoc etiā peccatū in actiōibus acci-
dit qn opio vel ratio in pti-
culari opabili corūpit ppter delectatōez vel
aliq2 alia passioz q2 nō passioz opi-
niōz vniuersales corūpant.

Deinde ostēdit Ihus q2 tact^o
est necessarius omni animali quo
picipiāt res tangibiles vel elemen-
tares. Gustus etiā est necessari^o.
et inest omni animali inquātuz est
quidaz tactus. est enī alimētū tan-
gibilis. Est tamen de bene esse in-
quātū est discretiuus saporis qui
faciūt alimētuz delectabile vel tri-
stabile. Alij etiā sensus sunt de be-
ne esse. ideo insunt solū animalibus
que mouent s3m locuz.

Circa pmissa notanduz q2 intel-
lectus et ratio nō sunt distinde po-
tentie. s3 intellectus dī inq2 tu ratō
cūat cōferendo ab vno in aliud.

Notandū etiā q2 anima intelle-
ctiua s3m essentiā suā est tota in to-
to. et tota in qualibet parte. vt dis-
fuse tractat sanct^o Bonauentura
secundo sentētiarum. sed nō deter-
minat sibi aliquā partēz corporis
quo ad operatiōes sibi proprias
s. intelligere et velle. cum intellectus
et voluntas non sint potentie orga-
nice. secus est de operatiōibus po-
tentiariuz sensituarū vt videre au-
dire &c.

Explicit secunda pars principa-
lis huius compendij de considera-
tione naturaliz.

Impressuz Bononie p magistruz
Henricū de Daerlem Anno do-
mini. Mcccclxxv.

Registrus

a
Petrus alma
Incipit comp
aliarū vt sicut
numerus perfe

b
potest illud po
subiectiua for
ale naturalis
mus apti nati

c
m ateria est pz
diffinitioe qui
autem sunt al
malis ⁊ ex na

d
materia est a
aliter cuz crea
primo huius
posset esse prin

e
cause eiusdem
q̄ ens vel fm
latiuozm vbi
tunaz. fortuna

f
Determinandū
posito. quia ex
necessaria con
vt potentia pa

g
posterioꝝ dup

Scottus dif. se
vel condensab
quia corpus p

b
Intentio philo
quia sicut mu
signū dicens q̄
sed diuidit ips

f
localem primo
Incipit expos
tum diuidi fm
Et hoc ideo qz

k
aliquotiens su
quia graue nō
quocūq; gener
ciū finituz non

l
sperium ⁊ hab
continet totam
fieri aliquo ad
pluz huius ptz

m
sunt principuz
ad iuicē soluz
eniz fm locum
De sensitua p

n
vis vocatur a
nūc fantasiam
determinauit
Ad quod resp

.53136.

201

- 1. aff.
- 2. aff. 12. sic.
- 3. aff. 21.
- 4. aff. 24.
- 5. aff. 22.
- 6. aff. 49.
- 7. aff. 64.
- 8. aff. 84.
- 9. aff. 87.
- 10. aff. 89.
- 11. aff. 93.
- 12. aff. 93.

In hoc segm.
 volumi^o 2^o
 exp^o 12. libro^o
 metaphisic^o p. 2^o

Incipit cōpendiosa et optima
expositio duodecim librorū meta
phisice Aristotelis sūm vīa Scoti
p̄ clarissimū philosophū et theolo
gū magistruū Nicholaū de dor
bellis prouincie Turonie ordinis
minorū.

Xpedita

secunda parte huius
tractatus (que erat d̄
phisica) restat agere de tertia pte
videlz de metaphisica. Circa qd̄
primo videndū est de eius subie
cto. Pro cuius euidētia sūm
doctrinā Scoti in hoc primo et in
prologo primi sūmarū qōe de sub
iecto theologie p̄supponēdo ea q̄
dicta sunt de subiecto sciētie p̄io
caplo primi phisicorū. Primo ali
qua p̄mitaz. secūdo aliquas con
clusiōes subiūgāz.

Quantū ad p̄imū sciendū q̄
ens inquātūz ens .s. in cōi sumptū
sūm ratōez entis prima sui diuisio
ne diuidit̄ in ens finitū et infinitūz
Nāz diuisio entis in decēz p̄dica
menta non est eius prima diuisio
sed alia est p̄ior ea. et accipiēdo
alterū mēbrūz .s. finitūz diuidit̄ in
decēz p̄dicamēta. vnde deus cadit
sub vno mēbro diuisiōis et decem
p̄dicamēta sub altero. omne enim

ens p̄dicabile est finitū ideo deus
est ens extra genus.

Itēz sciēduz q̄ quātūz ad pre
sens sufficit q̄ duplex est p̄imitaf
s. p̄fectōis et adequatōis. Prīmē
tas p̄fectōis inquātūz sciētia resp̄
cit graduū entitatis rei. vt sic illū
dicit̄ p̄imū quod est nobilius enī
quocūq̄ alio ad illāz sciētiā per
tinēte. vnde sūm hanc p̄imitatem
deus est p̄imū cōsideratūz in hac
sciētia id est p̄fectissimū. Sed p̄mit
tatē adequatōis voco p̄imitates
qua subiectūz et sciētia adequātur
ita q̄ nec sciētia excedit subiectūz
nec ecōuerso. sed quicquid aliquo
mō cadit sub cōsideratiōe sciētie
cadit sub cōsideratiōe formali sub
iecti. et econuerso. quicquid p̄icipat
ratōez formales subiecti cadit sub
ratōe formali illi^o scie. et sic si ens
inquātūz ens ponat̄ p̄imūz subie
ctum in metaphisica quicquid p̄icipat
ratōez entis cadit sub cōsidera
tiōe metaphisice. et quicquid cōside
rat̄ in metaphisica considerat̄ sū
rōe entis.

Notandūz insup q̄ ens inq̄tūz
ens dicit̄ vnū cōceptū cōez viuuo
cū et realez deo et creature de quo
habet in quarto hui^o et sic de p̄i
mo p̄ncipali.

Quantūz ad secūduz sit bec p̄
ma cōclusio. ens inquātūz ens hz

pprias passioes pbatur p s^m h^m
q^{ro} h^m metaphice. Est sciencia que
speculat ens inquantuz ens 7 que
huic insunt p se. Itz ibidē caplo
tercio dicit q sicut numeri inqua
tuz numeri sunt pprie passioes vt
paritas 7 imparitas sic 7 enti in
quatus ens.

Sed cōtra istā cōclusionē ar
guū sic. si ens inquatus ens hz ali
quā ppriaz passioes sit. a. tunc sic
si ens habet passioes. a. igit ē nihil
cōs est falsuz igit 7 a^{ns} falsitas o
sequētis p3 qz nō ens nō est passio
aliquā. pbatio cōtra. omē subiectū
est extra essentiā passiois cum ca
dat in diffinitōe passiois vt addi
tum. ix^o. metaphice. sed quicquid
est extra entis naturā vel essentiaz
est non ens. 7 p^o sequēs nihil seq^r
q ens s^m totā suā coitatez non p^o
dicetur in quid de quolibet. Re
spōdeo ad istud q. a. id est passio
entis non est simplr nihil. Ad pro
batōez cuz dicit q omne subiectū
est extra rōez vel eētiaz passionis
Dico q si p esse extra essentiā ali
cui^o intelligit esse extra cōceptum
formales eius sic cōcedo. na3 sub
iectuz differt formaliter a sua pro
pria passione 7 sic in sua diffinitō
ne cadit vt addituz. Si vero per
esse extra essentiā intelligis distin
ctiōe reales que est inter rez 7 rez

sic nego quia ppria passio nō di
stinguit realiter a subiecto. 7 p cō
sequēs. a. est ens realr 7 nō nihil.
nō tamē est ens formalr. est enim
mediū inter ens formalr 7 nihil. s.
aliquid quod nō est hoc vel illud.
tamē inter ens realr 7 nihil nō est
mediū. Quod autē addit q ens
s^m suaz cōitatē nō pdicat in quid
de omnib^o nō habeo p incōueni
enti sed p necessario. qz impossibi
le est ens pdicari in quid de vlti
mis differētis nec de pprijs eius
passionib^o nec de pprijs cōtradi
uis quibus cōtrahitur ad ens cre
atur 7 increatur sicut ostendaz in
quarto. Secunda cōclusio ē q
passioes entis sunt de eo demon
strabiles. probat illud quod est p
fectōis in qualibet sciētia non ē ne
ganduz in sciētia pfectissima. sed
pfectōis est in quacūq; sciētia q d
monstret passioes de subiecto cuz
sciētia sit habitus cōclusionis de
mōstrate ex primo posterior. con
clusio enīz demonstrata cōtinet pas
siones demonstratiuas de subiecto
igitur hoc non est negandū in ista
sciētia pfectissima que est de en
te vt de subiecto vt patebit cōclu
sione sequenti.

Sed contra istaz cōclusionem
arguū sic. qz in demonstratōe potis
sima sumi debet p medio aliqd

2
differēs iter subiectū 7 passioes. s3
int ens 7 suā passioes nō est aliqd
mediū. ergo de ente nō pōt demō
stratōe potissima demonstrari. pro
batōe mioris cuz iter subiectuz cō
ceptus est simplr simplex 7 suā
passioes nō potest esse aliqd me
diū. sed conceptus est simplr sim
plex ergo z. pbatō maioris quia
illud mediū aut est diffinitio sub
iecti aut passiois aut mixti ex dif
finitōe istius vel illius. subiectuz 7
passio que habēt cōceptū simpliciter
simpliciter cuius sunt ens 7 sua pas
sio nō pōt diffiniri. ergo inter ens
7 suā passioz nullā demonstratiuū
mediū potest sumi. Preterea nulluz
subiectum ē in po^o cōtradictōis ad
passioes demonstrabiles de illo. sed
ens est in potentia cōtradictōis ad
ea q ponūt passioes eius. ergo illa
q ponūt passioes entis nō sunt d
mōstrabiles de illo. maior ptz. qz
passio alit inesset cōtingenter. 7 per
cōs nō ēt demonstrabil nec scibilis
de illo. mior pbat inductie in pas
sionib^o disūctis entis vt sunt act^o
7 potentia causa 7 causatū z. qz
potētia vt potētia induit rōz act^o
vel ecōuerso. si ergo ens ē in actu
vel potētia potest esse actu 7 non
actu potētia 7 nō potētia. preterea
nulla passio demonstrabilis d sub
iecto pdicat in qd de subiecto nec

de aliquo cōtēto sub eo. s3 aliquid
quod potitur passio demonstrabi
lis de ente. puta vñū pdicat in qd
de cōtētis sub ente quare z. pro
bo minorē secūdo metaphice cā
pitulo tercio in fine. dicit Aristo.
q sicut ens pdicat s^m eandēz na
turaz de quātitate 7 qualitate ita
7 vñū. sed ens pdicat de decez p
dicamētis in quid igit 7 vñū.

Respondeo ad primū cum di
citur q in demonstratōe potissima
oportet sumi z. cōcedo maiorē s3
minor est falsa. Ad pbationē di
co q inter ens 7 passioes entis po
test sumi diffinitio dicēs propter
qd passiois. nō obstāte q hec pas
sio hēat cōceptū simplr simpliciter.

Ad cui^o euidētiaz scienduz q
subiectā hīs ples passiones sic se
hz respectu illaruz q ipse fluūt ab
ipso subiecto s^m quedaz ordinez
nālem. qz vna mediāte alia. ita q
prior passio est causa ppter quid
inherētie secūde passiois ad subie
ctuz. 7 pōt sumi pro medio ad de
mōstrandū secundaz de subiecto.
Exempluz habere angulā extrin
secū equualētez duob^o intrinsecis
sibi oppositis. 7 habere tres angu
los duob^o rōis equales sunt due
passioes trianguli bñtes se ad ip
suz triangulū s^m ordinē naturālē
ita q vna inest mediante alia. 7

vna potest sumi pro medio ad p
bandu; alijs demonstratōez. qz per
habere angulū extrinsecū. pbatur
triangulus habere tres sed nunq̄
habere angulū extrinsecū est diffi
nitio ipsius habere tres. est vtiqz
diffinitio nō dicēs quid sed prop
ter quid. nā diffinitio ppter quid
est mediū in demonstratōe. ⁊ hoc
modo oīs causa est mediū dicent
ppter quid effectus. Unde Arif.
secūdo posteriorū ibidē ait est me
diū ⁊ causa. Ad propositū cū
entis sint plures passiōes nō oportet
querere diffinitōez quid est ad
probandū de ente passiōez sicut
querit ratio. sed sufficit diffinitio
ppter quid. hec est vna passio re
spectu alterius. s. prior respectu po
sterioris. sic diffinitio passiōis est
mediū demonstratōis secūdo po
steriorū. passiōes igitur entis ha
bēt quendā ordinē inter se in cō
patōe ad ens ⁊ vna potest sumi p
medio ad demonstrandū aliam.
Credo tamē qz ens vel quāqz e
passio sit indiffinibilis diffinitōe
dicēte quid est. utpote qz cocept
simpliciter simplex non est diffini
bilis vt patz p Aristo. quarto me
taphisice cōtra Platōnē.

Sed hic est dubiū que passio
sit prior ⁊ que posterior in passio
n. b. s. entis vt vna aliā possit de

mōstrare. Respōdeo saluo melio
ri iudicio quicqd sit de alijs pas
sionibus. quia nimis plixus est ⁊
diffinibile est videre de omnibus
passiōibus entis. Dico tamen vt
mibi videt qz vnū sit simplr pri
ma passio entis. tum qz probat d
ea Aristot. qz significat eandē na
turā cū ente quarto metaphisice
caplo secūdo. tuz quia dicit secūdo
metaphisice caplo tercio qz ni
hil refert reducere omia entia ad
ens ⁊ ad vnū cuiz idēz significent
cōuertibilr. Post hanc videt ve
rūz secūda passio entis. tercia at
bonū. nam ratio vitatis videt ēe
prior ex natura rei qz bonitas sic
intellectus naturaliter est prior vo
luntate. quia fm Augustinū. nihil
volituz nisi p̄cognituz. Sic potest
dici de alijs passiōibus cōsequen
ter qd subtiliori lectori relinquo.
quod si ita est vnū potest sumi p
medio ad demonstrandū ens esse
verūz. ⁊ verum potest sumi p me
dio ad demonstrandum ens esse
bonum ⁊ sic de alijs. ipsuz autez
vnū remanet indemonstrabile de
ente. vel propter defectum mediij
vel quia ipsuz inesse enti est per se
notuz vel propter vtrqz.

Ad secūduz cuiz dicit qz null
subiectū est in p̄tētia cōtradictio
nis ic. dicit qz passiōes disiuncte

non sunt proprie passiōes illi^o cō
muni cui assignatur sed inferiorū.
omnis ppria passio habet subie
ctum cui inest per se. ⁊ primo sic.
quod illi nō inest p ratōez alteri^o
sed omni alij p rōz eius ex primo
posteriorū. sed passio disiuncta nō
bz aliqd tale subiectū p̄ nisi ipm
cōe. qz nulli cōter inest. p̄ ergo qz
illud cōe est primū subiectū.

Aliter ergo dicēduz est qz pas
sio disiuncta realiter ⁊ quantuz ad
illud quod significat ē vnica. quo
niaz enī illa passio vnica est nobis
ignota n̄ possum^o eaz noiare vno
noie. sed circuloquimur eaz p alī
qua duo disiuncta eo modo quo
loquit Aristo. quarto metaphisi
ce de medio cōtrarioz innotato
quod circuloquimur p abnegatiōez
vtriusqz. vt quod neqz est albū ne
qz nigrūz. Dico igit qz p cōtingēs
vel necessariū circuloquimur vnā
passiōez. sit igitur illa passio. a.

Ad terciūz dico qz illa similitu
do nō currit super quatuor pedes
Unde simile est ⁊ dissimile. simile
pro tanto. qz sicut ens significat
eandē naturāz realiter cum quo
libet de quo p̄dicatur sic ⁊ vnūz.
qz cum sit prima passio entis non
differt realiter a quocūqz ente.
Sed in hoc est dissimile. quia ēs
est idēz formaliter cuiuslibet inferio

ri de quo p̄dicat. ⁊ ideo p̄dicatur
in quid. nō sic autē vnū p̄dicat in
quid idest formaliter de ente nec
de aliquo per se cōtento sub ēte.
sed in quale ⁊ denotatiue. Ratio
qz passio ⁊ si sit idē realr cū subie
ctō nō n̄ formalr vt dicit quarto b^o.

Tercia cōclusio est ista ens in
quantū ens est primū subiectū me
taphisice. pbat p̄rio auctoritate
Dbi in p̄ncipio quarti metaphi
sice. Est scientia que speculat ens
inquantuz ens. sed ista non est ali
qua scia p̄ticularis igit ic.

Ad idem est Auic. p̄rio meta
phisice caplo secūdo. Itē Arif
sto. sexto metaphisice vbi mouz an
p̄ria p̄ria sit v̄lis vel circa aliqd
genus entis. videtur soluere qz est
v̄lis. vnde in fine solutiōis dicit d
ente inquantuz ens erit b^o mōi scien
tie speculari. Itē pbatur rōe illd
est subiectū primū c^olibet scie cui^o
sūt ple p̄ passiōes q̄ ple cōsiderāt in
illa scia. s; nihil aliud ab ēte ē b^o
mōi cui passiōes cōsiderate in meta
phica insūt ple p̄ igr ens ē p̄mū sb
icm metaphisice. maior p̄z accipie^o
li p̄ sic accipit p̄hs p̄ postioz ca^o
de v̄lis. qd. s. iest alicui fm qz ipz ⁊
n̄ p aliō. v̄ quo posito oī alio cir
cūscripto p possi^o vel impossibile
ipsuz ponit. ⁊ quo remoto subicm
reouet. sed omni alij inest p ipsuz.

hec est enim conditio primi subiecti
cumque passiois. s. minor pars quae
passiones metaphisice puta viuis ve-
rum bonis. actus et potentia. necessitas
et contingetia etc. non sunt alie² entis
inferioris per se et primo sed et liber
inquantibus ens. nam alii non uenerunt
enti. igitur sunt passiones entis inquan-
tibus ens per se et primo.

Confirmat quod ista scientia vocatur
metaphisica a metaba quod est trans
et percos quod est scientia quasi tran-
scendens scia.

Sed contra hanc conclusionem ar-
guit multiplex ratio sic. Illud quo
scia formaliter dicitur et quo formaliter
denotatur est eius proprium subiectum
sed ens sic esse non dicitur huiusmodi
respectu scie metaphisice igitur etc. ma-
ior est evidens. hec enim sunt conditio-
nes primi subiecti. s. quod denotet
formaliter sciam et quod. s. distinguat. se-
cant enim scie quemadmodum et res-
tercio de anima. et minor probatur quod
tunc ad primam partem videlicet de disti-
ctione. quod sexto metaphisice diuidit
Aristo. tres partes scientie speculatie
scilicet phisicam que est circa insepara-
bilia et mobilia. et mathematicam que
est circa separabilia et immobilia. et
metaphisicam que est circa immobi-
lia et separabilia cuiusmodi sunt
substantie separatae. Si igitur di-
uisio scientiarum speculatiuarum sit

conueniens videtur quod sit circa propria
subiecta ipsarum. Secunda pars mino-
ris de denotatione patet ex plogo
huius ubi vocatur Iesus hanc scien-
tia diuinam quod est diuinorum igitur etc.

Preterea si ens sic esse sit sub-
iectum in metaphisica. ergo in specu-
latione entis sic cois consistet felici-
tas naturalis. consequens est falsum
ergo et aliter. probatio contra. secundum Arist.
decimo ethicorum dicitur quod felicitas
naturalis consistit in consideratione me-
taphisicali. tunc sic. noticia subiecti
in scientia continet virtualiter totam no-
ticiam illius habitus vel scientie. ergo
est perfectior quocumque alio in illa sci-
entia. quia quod continet aliquid vir-
tualiter est eo perfectius. si igitur felici-
tatis consistit in aliquo actu meta-
phisico maxime et circa actus cog-
noscendi subiectum metaphisice quod
est ens per se. cum iste actus sit perfectis-
simus in metaphisica. falsitas con-
sequens in hoc patet quod noticia en-
tis ut ens non est simpliciter perfe-
ctissima. Preterea si ens sic esse mu-
ne est primum subiectum metaphisice
igitur metaphisica sub se omnes alias
scientias subalternat. contra est falsum
ergo et aliter. probatio contra quod tunc sub-
iectum et liber scie esse sub subiecto
metaphisice. hoc est conditio scien-
tie subalternate. ratio posteriorum.
vel ponit in numerum cuius subalter

natibus vel non. si sic ergo essent plu-
res scientie speculatiue que tres cum
multe sunt scientie subalternate. Si
non ponat in numerum ergo phisica
et mathematica componunt numerum cum
metaphisica non subalternatur ei
quod erat probandum. Preterea
de subiecto scientie oportet esse notum si
est et quid est ratio posteriorum. s. in
ista scia non est notum quod est ens. igitur
non est subiectum hic. minor probatur. quia
ens est coisuum non huiusmodi generis et dif-
ferentiam ergo nec diffinitio. igitur nec
quod cum diffinitio dicat quod ratio to-
picorum. preterea subiectum est scie huius
propria principia ex ratio posteriorum
s. ens sic esse non est huiusmodi generis et
probatio minoris. tunc quod ente nihil est
prius. principium autem est prius princi-
piato. tunc quod si ens inquantibus huiusmodi
et ut sic esse habet principia. ergo quod
libet ens habet principia. Sic enim
arguit Aristoteli. ratio posteriorum de
reduplicatione. si iusticia esset bo-
num in eo quod bonum iusticia esset
omne bonum. consequens est falsum. quod
tunc esset processus in infinitum. in prin-
cipiis et principiatibus. Item substancia
est primum subiectum huiusmodi scientie
ergo ens non est subiectum. consequen-
tia patet. quia eiusdem scientie non
non sunt plura subiecta propria. aliter
probatur ex sexto metaphisice. sub-
stantie queruntur principia et cause

Sed illud cuius principia et cause
queruntur in scientia est eius subie-
ctum. Item arguit quod deus et intel-
ligentie siue genus substantiarum se-
paratur quod idem est sit hic subie-
ctum per Commentatores primo phisicorum
comento ultimo dicentem quod
prima phisica idest metaphisica que-
ritur probare curia separabilia esse
peccat. Genus enim entium separatur
esse non declarat nisi in scientia na-
turali. hec enim entia sunt subiectum
metaphisice vel phisice prime. et im-
possibile est aliquam scientiam probare
suum subiectum esse.

Ad ista respondeo dicendum est
ad primam quam dicitur quod quod scientia
formaliter distinguitur etc. dico quod
ista maior non est vera vltimè. Ad
cuius evidentiam notandum primo quod
scia non videtur esse tantum circa aliquid
tamen circa subiectum principale consi-
deratum. s. et circa causas subiecti.
Exemplum in libro de anima tractat de
diffinitione anime et prius et passioni-
bus eius quis illi scie ponat subie-
ctum corpus animatum cuius anima est princi-
pium et sic de multis alijs.

Confirmat et in proposito de me-
taphisica. nam eius consideratio est
circa causas altissimas non tanquam
subiectum primum s. tamen circa princi-
pia subiecti. vñ in primo secundo huiusmodi
dicitur quod primum et cause queruntur entis.

considerat igitur metaphisica causas
altissimas ut principia sui subiecti
vel etiam aliter considerat eas ut prin-
cipales partes subiecti primi quod sunt no-
bilissima entia. Secundo nota quod sunt imma-
teriales et immobiles non pertinent ad
considerationes alie scientie particularis
nobis note ex puris naturalibus
licet de ipsis sint multe proprietates
cognoscibiles quantum est ex parte
learum non tamen nobis via sensus. ideo
aliqua scientia possibilis est haberi
de eis. sed non nobis via sensus. pro-
prietates autem scibiles a nobis via
sensus sunt passiones entis. unde verum
est quod iste subiectus subiecti alie scientie
speculatie potest eas cognosce-
re sed non nobis. Et ideo quantum ad
ea que scibilia sunt de eis cadunt
sub consideratione metaphisice non ut
primum subiectum sed quantum ad aliquid com-
mune sub primo subiecto quod est ens. Deus
enim cognoscitur in metaphisica nobis
lissimo modo quo potest considerari in ali-
qua scientia naturaliter acquisita. passiones
namque entis cum eo incommensurabiles cogno-
sci in summo de aliquo ente. et passi-
onum distinctarum nobilissimum dividens
eidem competere in summo est nobilissi-
ma cognitio naturaliter possibilis de
deo. hec autem tota cognitio est me-
taphisica. quia cuius est considerare
passiones in communi eiusdem est cognosce-
re passiones eandem in summo de

eodem subiecto particulari.

Tunc ad res. Inhi de distinctio-
ne scientie speculatie dico quod habet
distinctio possit fieri penes subiecta
intra illud tertium de anima. Secatur
scientie quemadmodum et res. non tamen solus
sed et potest fieri per principia vel
per principales partes subiecti. et ideo
hec scientia est circa separabilia et im-
mobilia tamquam circa principia et partes
principales subiecti. et hoc modo de-
notatur theologia et divina non a sub-
iecto sed a causa. sic naturalis scientia dicitur
a natura quam tamen non ponit contra subiectum
scientie illius sed est principium subiecti.

Ad secundum quod tunc in speculatio-
ne entis consistit felicitas naturalis
negotiorum. ad probandum dico quod aliquid
quod potest esse perfectum dupliciter. vel permissi-
ve vel positive. primo modo quanto vilius
tanta perfectius. secundum modo de inferiori est perfectius
de superiori. quod includit aliquid
positive quod addit supra superius. ex
aial est perfectius musica permissiue per tan-
to quod potest esse in aliquo inferiori perfecti-
ori quod sit musica puta in homine. sed musi-
ca perfectior est aial positive per tanto
quod includit aial et aliquid aliud.
Ad propositum noticia subiecti in scientia
est perfectior permissiue non autem positive.
Est enim cognitio qua scit quod primum
ens intelligit per essentiam suam. quod
probat. xij. huius quod scire quod ens in quo
tunc ens est unum. Cuius igitur ait Aristoteles.

Decio ethicorum quod in actu metaphi-
sicali consistit felicitas naturalis hoc
habet veritatem per quantum subiectum imateria-
les sunt de consideratione metaphisice
et modo perposito in quibus consideratio
consistit felicitas naturalis secundum ip-
sum. Contra omne virtuale contem-
plativum alicuius est perfectius eo et possi-
tue. sed noticia subiecti continet vir-
tualiter omnem aliam noticiam in illa scientia
igitur etc. Respondeo continere vir-
tualiter aliquid potest esse dupliciter. vel
virtualiter actualiter. vel virtualiter
potentialiter. Prima continetia arguit
perfectiores noticiam positive. haec solus per
missiue. sic est in proposito maxime de
scientia una unitate generis proximi
vel remoti. de quo habet sexto b.

Ad tertium cuius arguit quod tunc
metaphisica omnes alias scientias subalter-
net. negotiorum. Ad probandum di-
co quod procedit ab insufficienti. nam ad
scientias subalternas non sufficit subiectum
sub eo. sed plura alia requirunt in-
que unum est quod noticia inferior ac-
cipiat principia sua ad probandum
conclusiones a superiori. Requirit et quod
subiectum scientie subalterne addat aliquid
quam differentiam accidentalem ad subiectum
scientie subalternantis quod se habet
perspectiva que est de linea visuali
ad geometriam. et musica que est de
numero sonoro ad arithmetica. nunc
enim addit sonum. et linea addit

visuale. hec conditio deest in pro-
posito. licet enim subiecta aliarum scientiarum
sint ex additione ad subiectum meta-
phisice et aliquid constitutum ex subie-
cto metaphisice et aliquo addito.
illud tamen additum non facit unum per
accidens cum eo sed unum per se. illud namque
additum vel est differentia mediate
vel immediate contrahens ens quod per se
unum facit cum ente vel cum aliquo in-
cludente ens in quantum ens sicut bi-
narius addit supra numerum duos
essentiales. Ad quartum cum dicitur quod de
subiecto oportet presupponere quod est concedo
sed minor est ista. et cuius dicitur quod ens habet quod
cum sit communissimum et transcendens dico quod
illa est in omni generalissimo. quod nullam ge-
neralissimum habet quantitate proprie dictam
cum non habeat generum et duos supra se. et
tamen quod habet quod. quod alio non predicantur
in quod de aliquo. unde ista probatio est in-
sufficiens. quod si non habet quantitate vel dif-
finitioem proprie dictam quod non habeat quod
vel quantitate large sumendo. non enim
sequitur nisi de quantitate proprie dicitur proprie est
diffinitio. sed ens proprie non habeat quod
quod exponit per diffinitioem sic arguit per
batio ista. tamen habet quod eo modo quod habet
scientias. oportet enim in diffinitioem ducere aliquid
quo modo ad aliquid simpliciter indefinitum
lia. quod non est proprie in infinitum in omnibus
secundum Aristoteles. quarto habet. quod quantitas igitur non
solum fuit per diffinitioem quantitatia sed
et per inclusioem in ipsa.

Ad aliud quādo dicebatur q̄
ens inquātus ens nō habet p̄nci
pia dicendū q̄ p̄ncipia subici p̄nt
intelligi in duplici genere. vel incō
plexa vel cōplexa. ⁊ utroq̄ modo
ens h̄z p̄ncipia. nā p̄ncipia incō
plexa entis inquātus ens sunt per
se cause. s. substantie imateriales.
nam sunt cause p̄mi effect⁹ qui ē
rei entitas. habet ⁊ p̄ncipia com
plexa. s. p̄ncipia p̄ que sue pprie
tates sibi inherant. q̄ de ipso pōt
esse demonstratio p̄pter qd̄ ut po
situs est. tūc ad p̄batiōz ente nihil
est prius. p̄ncipiū at̄ est p̄ri⁹ p̄
cipio dico q̄ cū sit sermo de p̄
cipio incōplexo ens cōe ut sic non
h̄z p̄ncipiū. q̄ cū sit cōe tam istū
q̄ illi abstrahit ab utroq̄ ⁊ neutz
includit in sua rōne. sed bene ens
h̄z p̄ncipiū ut reseruat in suis in
ferioribus. nāz plura sunt entia q̄
bus cōuenit h̄re p̄ncipiū ⁊ sūt p̄
cipiata. ⁊ hoc mō ens h̄z aliquid
prius se sic loquēdo de p̄ncipio
cōplexo q̄ tale p̄ncipiū ē p̄ri⁹ non
q̄des ente s̄z pprietate ētis c̄ mōi
ē p̄ncipiū ut dictū est.

Ad secūdas p̄batōnez q̄ tunc
qd̄z ens h̄ret p̄ncipia entis si ētis
inquātus ens eēt p̄ncipia. Re
spondeo si loq̄tur de p̄ncipio incō
plexo sic dico q̄ ens inquātus ens
h̄z p̄ncipia accipiēdo li inquātum

specificatie s̄z nō reduplicatiue eo
mō quo arguit Aristot. p̄rio p̄ozū.
Si vō loquat̄ de p̄ncipio cōple
xo que sunt p̄positiōnes imediate
ad p̄bandū passiōes de subiecto.
sic dico q̄ entis inquātū ens sunt
p̄ncipia accipiēdo li inquātū re
duplicatiue. ⁊ sic oē ens h̄z p̄nci
piū. q̄ passiōes entis sunt demon
strabiles de quolibet ente p̄ p̄nci
pia cōplexa. nāz ois passio supio
ris ē passio c̄z inferioris p̄se licz
nō p̄rio. sic igit̄ p̄z q̄ argumētum
accipit miorē sc̄z. Notādū at̄
ad euidētā p̄dcoz q̄ inquātus ⁊
q̄cūq̄ alia dictio reduplicatiua pōt
sumi dupl̄r fm̄ Sco. q̄e 3^a quo
libetoz. aliq̄n reduplicatiue aliq̄n
specificatiue. reduplicatiue qd̄ sūt
q̄n denoiat illū cui iūgū ē forma
lē cāz ⁊ p̄cisaz inherētie p̄dicati ad
subiectz. Ex^o hō inquātū hō ē risibil.
li inquātus denoiat q̄ li hō q̄ sequit̄
imediate ad li inquātus ē cā p̄cisa ⁊
formal̄ q̄re risibile inest subiecto q̄
est hō. nā risibile inest hōi fm̄ pro
priā rōz hūanitatē ut p̄ cāz ⁊ tūc
valz cōa li inquātus ad vlez ut si
hō inquātus hō ē risibil̄ ois hō ē ri
sibil. vñ tñ v̄z ista hō q̄ rōalis ē
risibil̄ sic ista aliqd̄ q̄ inquātū rōna
le ē risibile ē hō. accipit̄ ēt̄ specifi
catie q̄n nō notat talē cāz s̄z tān̄z
formalē rōnez illius cui adiungit̄.

Exemplus homo inquātus risibil
vel rōnalis est albus. sensus est q̄
homo qui est risibil̄ vel rōnalis ē
albus. vnde li inquātus specificat
q̄. s. homini sic cōsiderato sub rōe
risibilitatis non repugnat albedo
⁊ tūc non valet cōa ab inquātum
ad vlez. non eniz sequit̄ igit̄ omne
risibile est albus.

Ad aliud q̄ substantia est p̄
mū subiectū igit̄ non ens. nego an
tecedens. ⁊ ad 1^o h̄z dico q̄ nihil
plus vult nisi q̄ de substantia ē p̄
cipalior̄ intēto metaphisici q̄ d̄ ac
cidente sicut d̄ nobiliori p̄te sui sb
iecti. sic eniz quceruntur p̄ncipia
⁊ cause substantie non vniformiter
sed principaliter. Et hoc Aristot.
intendit probare in p̄ncipio septi
mi metaphisice. vbi p̄bat substanti
az p̄riozez omni accidēte triplici
p̄riozitate. quare de ipsa p̄ncipa
liter est agendū.

Ad Cōmentatorē autē impug
nantē Auicennaz dico q̄ negadul
est Cōmentator ⁊ standū cū Au
cenna ponēte ens inquātus ens es
se subiectus metaphisice. Qd̄ aut̄
dicit Cōmentator q̄ nulla sciētia
potest p̄bare suū subiectū esse fal
sus est. licet eni nulla sciētia demō
strat suū subiectū esse demonstratō
ne. p̄pter quid ⁊ a p̄rioz. q̄z ipsuz
subiectū est prius notū p̄riozitate

nature. potest tamē esse demōstra
tus subiectū demōstratiōe quia. ⁊
a posteriori. Quod etiam dicit q̄
metaphisica non pōt p̄bare deuz
esse subiectū falsuz est. hoc eni po
test ⁊ p̄bifica ⁊ metaphisica p̄ba
re. q̄z omnis pprietas cōsiderata
qua impossibile est sibi inesse nisi
talis causa sit cōcludit causas esse
demōstratā demōstratiōe quia.
sed tāz pprietas cōsiderata in sci
entia naturali q̄ in metaphisica d̄
effectu non pōt sibi inesse nisi p̄
mū mouēs ⁊ p̄mū ens sit. igitur
vtraq̄ sciētia potest demonstrare
ipsuz esse demōstratiōe quia.

Sequitur expositio textus.

Adnes ho

mines zc. Viso de sb
iecto metaphisice accedendus ē ad
explanatōez textus. Iste enim
liber diuidit̄ in duas p̄tes. s. pro
hemium ⁊ tractatū. secunda ps inci
pit̄ ibi. quoniā autē manifestū. in
prohemio autē ostendit̄ Aristoti.
circa quid ista sciētia versatur. se
cūdo qualis sit ibi. quare vō non
actuz. Circa p̄mū duo facit. p̄rio
ostendit q̄ h̄z scie que sapiētia dī
citur esse est cōsiderare causas. po
quales vel quas causas cōsideret

ibi. quoniam autem scientia. Circa primum duo facit. primo permittit quedam ex quibus ad propositum arguitur. secundo ex predictis sumit rationes ibi. cuius autem gratia. Circa primum duo facit. primo ostendit scientie in communi dignitatem. secundo cognitionis ordinem ibi alia quedam. Dignitas scientie per hoc quod naturaliter ab omnibus desideratur. ideo dicit Aristoteles. quod omnes homines naturaliter scientiam desiderant. hoc autem ideo proponitur ut ostendat quod querere scientiam non propter aliud utile qualis est hec scientia non est vanum quod naturale desiderium vanum esse non possit.

Ad evidenciam huius propositionis notandum quod triplex est appetitus vel desiderium in rebus. Quidam est appetitus naturalis et est inclinatio seu tendentia quedam qua unaquaque res naturaliter inclinatur et tendit in suum finem vel perfectionem. Appetitus autem animalis dicitur qui consequitur sensum secundum quem quilibet sensus inclinatur et tendit in obiectum convenientem et fugit inconvenientem. sed appetitus rationalis dicitur ipsa voluntas consequens ipsius intellectum. sicut sensitivum sequitur ipsius sensum. Et nota quod isti appetitus differunt ab invicem quadrupliciter. primo quia appetitus rationalis est formaliter liber non sic autem animalis vel naturalis. secun-

do quia appetitus rationalis et sensitivus aliqui nominant potentias aliqui actus eliciti a potentia. appetitus autem naturalis nec nominatur potentia nec actus eliciti. sed est quedam tendentia consequens naturam realem. non differens realiter ab ipsa natura realem. tertio quia appetitus sensitivus se habet in plus quam intellectus. Nam ubique in istis inferioribus est intellectus repit et sensitivus et non e converso. sicut appetitus naturalis se habet in plus quam intellectus et sensitivus. Nam ubique repitum est iste sed non e converso. unde isti appetitus intellectus et sensitivus ut sunt quedam natura habent appetitum naturalem et inclinationem et tendentiam qua tendunt in suum finem et perfectionem.

Quarto quia appetitus rationalis et animalis in suis actibus semper presupponunt priores actus alterius potentie cognitione. puta voluntas presupponit actus intellectus et appetitus sensitivus actus sensus. appetitus autem naturalis actus alius potentie presupponit ut appetitus quo graue appetit centrum.

His premissis notandum quod premissa propositionis philosophi non intelligitur de intellectu rationali. quia omnis appetitus rationalis est formaliter liber ut patet ex premissis. sed omnes homines quo omnes homines scire desiderant non est formaliter liber. quia si sic tunc possent non desiderare scire et sic dicta propositio intellexit quod appe-

titu animalis. quia tunc bruti appetere scire cum habeant appetitum sensitivum. intelligitur ergo secundum Scotum de appetitu naturali. patet a sufficienti divisione quod non restat aliud appetitum. Omnes ergo homines desiderant scire naturam. id est appetitum naturale. Et potest probari ista propositio a priori sic. Unusquodque appetit naturaliter suam perfectionem tam primam que est forma quam secundam que est operatio secundum quam coniungitur suo principio. ergo homo naturaliter appetit scientiam ergo est eius perfectio prima. et intelligitur quod est perfectio secunda per quam coniungitur suo principio. Probat et Aristoteles hanc propositionem a posteriori per signa. quia cum sensus nobis deferat et ad cognitionem rerum et ad vite utilitatem diligatur a nobis pro seipso in quantum sunt cognoscitivi etiam propter hoc ad utilitatem nobis conferant ad vitam. et hoc probat ex hoc quod iste sensus maxime ab hominibus diligitur qui magis est cognoscitivus cuiusmodi est visus quem diligimus non solum ad aliquid agendum sed et si nihil agere deberem. Cuius causam assignat vel reddit. quia iste sensus inter alios facit nos magis scire et plures differentias rerum demonstrat. Propter quod notandum quod licet tactus sit duorum contrariorum seu duarum contrarietatum. scilicet calidi et frigidi. humidum et siccum. propter quod non est unus simpliciter secundum doctores subtiles in hoc primo.

Uisus autem cum tactus sit unus contrarietatis. scilicet albi et nigri plures tamen differentias rerum nobis demonstrat visus quam tactus. quia subiectum visus scilicet licet lux et color in pluribus corporibus reperiuntur quam omnes qualitates tangibiles. quia omnia corpora tam superiora quam inferiora luce vel colore participat. non autem alias qualitates tangibiles. puta tangibile auditibile etc.

Consequenter persequitur Philosophus de ordine cognitionis cum dicit animalia quedam dicens quod omnia animalia in hoc conveniunt quod habent sensum. nam ex hoc animal est animal quod habet differentiam sensitivam quibus omnia animalia habent sensum non tamen habent omnes sensus sed solum perfectam. omnia tamen habent sensum tactus cum sit maxime necessarius. est enim cognoscitivus eorum ex quibus animal constat. scilicet calidi et frigidi. humidum et siccum. Deinde per Aristoteles gradus cognitionis in hominibus animalibus dicens quod quedam sunt que habent sensum habeant non tamen memoriam. et modi sunt animalia immobilia secundum locum ut conchilium. Ex quo inferitur quod quedam sunt que sunt prudentia et quedam non. Cuiusmodi enim prudentia ex memoria preteritorum perveniat in istis animalibus prudentia esse non potest quia memoria caret. illa vero que memoria habent aliquid prudentie habere possunt

aialia imobilia fm locuz vt cõchi
lia. Ex quo infert q̄ quedã sunt q̄
sunt prudẽtia 7 q̄dã ñ. Lũ. n. pru
dẽtia ex mẽoria p̄teritoꝝ p̄ueiat
In istis aialib⁹ prudẽtia esse ñ p̄t
qz mẽoria carẽt. illa v̄o q̄ mẽoriaz
bñt aliqd prudẽtie carere p̄nt.

Deinde ostendit q̄ etiam hui⁹
modi aialia aliqd p̄cipat experi
menti licet parũ. 7 hoc ideo. qz. s.
ex multis sensibilibus 7 eoz mẽo
ria afuescũt ad aliquod cõsequen
duz vel vitandũ.

Ad euidẽtia p̄dictoꝝ notã
dum q̄ duplex est prudẽtia. s. p
prie dicta 7 metaphozice dicta.
Prudẽtia pprie dicta est habi
tus adiuus cũ ratõẽ vera. In om
ni enĩ vtute moralĩ requiritur pru
dẽtia in intellectu regulatiua 7 ha
bit⁹ virtutis i volũtate vt p̄mpte
7 facilliter eligat illud quod ratio
dictat 7 determinat eliciendũ. hĩt⁹
autẽ vtutis aggenerat ex frequen
tibus electõibus. vt habitus casti
tatis ex frequẽter eligere castitatẽ
Prudẽtia v̄o generat ex frequen
tibus dictaminib⁹ idest ex frequẽ
ter dictare determinate app̄hende
re hoc esse agendũ. licet autẽ sciẽ
tia moralis sit habitus adiuus cũ
ratõẽ vera sicut prudẽtia tamen
in hoc differunt. qz sicut ars se h̄z
circa factibilia ad habitũ exp̄imẽ

ti ita se habet sciẽtia moralĩ circa
agibilia ad habitũ prudẽtie. quia
habit⁹ artis 7 sciẽtie moralis sunt
remoti ad dirigendũ 7 vnũuersa
les. sed habitus prudẽtie 7 experi
mẽti. qz geniti sunt ex actib⁹ sunt
pticulares 7 propinqui ad dirigẽ
duz. qz igit ad prudẽtia proprie
dictãz requirit ratio ideo est solũ
in homib⁹. Prudẽtia autẽ me
taphozice dicta uõ requirit ratõẽ
ideo ponit in brutis non quidẽ re
spectu eozuz ad que naturaliter 7
necessario inclinãt vt in formica
ad hoc q̄ congreget grana simpli
citer sed respectu eozuz ad que se
habent cõtingenter vt q̄ cõgreget
grana in illo foramine 7 nõ in illo
7 quelibet accipiat ab hoc cumlo
7 nõ ab illo. 7 hoc ex mẽoria fora
minis in quo primo reposuit 7 cu
muli in quo prius recepit. Quod
probat doctõr subtilis. qz prudẽ
tia est habitus cõsiliati⁹ ex sexto
ethicoꝝ. idest quo quis est potẽs
facilliter 7 p̄mpte cõsiliari q̄ agẽ
duz cõsiliuz non est de fine sed d̄
his que sunt ad finẽ. vt habz phs
in ethicis. medicus enĩ non cõsi
liat si inducat sanitatẽ sed de me
dijs quibus inducet. Itẽz cõsiliuz
non est de necessarijs sed de con
tingentijs. nullus enĩ cõsiliatur
si sol oziatur vel non. Prudẽtia

ergo debet poni in brutis circa ea
q̄ possunt aliter 7 alr agere. s. ea
que habent instindu naturalĩ non
sunt cõtingẽtia hoc mō. qz cõsequũ
tur totam speciẽ. 7 illa ita necessa
rio cõsequũtur ita q̄ ad illa magis
necessitant 7 agunt q̄ agunt. ergo
respectu taliũ nõ est prudẽtia.

Notadum insup q̄ collatio est
duplex. quedã enĩ pprie discursi
ua quãdo ex magis noto p̄cedit
ad minus notũ. 7 sic cõferre requi
rit nẽcio rõẽz. 7 ideo est tãtuz i ho
mie. Alia est large sumpta prout
aliquid mẽoria vni⁹ facit hoc 7 ñ
aliud. 7 ita nõ requirit nẽcio rõẽz
ideo in brutis que cõferẽda futuz
ad p̄terita ex mẽoria prouidẽt de
futuris.

Consequẽter Aristotiles
ponit diuersos gradus
humãe cõditiõis dicens
q̄ primo ex multis mẽoriaz in no
bis causat exp̄imẽtuz. 7 ex multis
exp̄imẽtis generat ars. 7 in hoc ẽ
quedãz cõueniẽtia artis 7 exp̄imẽ
ti. qz sicut ex multis mẽoriaz gene
rat exp̄imẽtuz ita ex mltis experi
mẽtis generat ars siue vnũuersalis
acceptio de oibus silibus. differẽt
tamẽ qz exp̄imẽtuz tãtuz versatur
circa singularia. ars at circa v̄lia
Quod consequẽter p̄ exempla ex
ponit. cuz enĩ hõ accipit in sua co

gnitõẽ q̄ hec medicina cõfert soz
ti 7 platonĩ tali infirmitate labo
rãtib⁹ 7 alijs hoc ad exp̄imẽtuz
p̄tinet. sed cũ aliqs accipit ex hoc
q̄ cõfert oibus laborãtib⁹ in ta
li spẽ egritudinis fm tales cõplex
ionẽ illud iãz ad artẽ p̄tinet.

Pro quo notãduz q̄ lz ex mltis
no nẽcio inferat vnũuersalis ta
mẽ p̄babilr potest inferri cuz hac
ppositõẽ natura agit vt in plũbus
nisi impediãt.

Notãduz insup q̄ duplex ẽ co
gnitõ. quedãz enĩ habita est p̄ inẽ
tionẽ. alia vero p̄ doctõrinã. Pro
enĩ sciẽtie fuerãt inuẽte 7 deinde a
magistris p̄ doctõrinã discipul tra
dite. 7 sunt isti modi sciẽdi similes
sanatoĩ. qñqz enĩ natura ẽ potẽs
ita q̄ sine adiutorio extrinseco in
ducit sanitatẽ. qñqz enĩ pp̄ sui d̄
bilitatẽ indiget adiutorio extrinse
co 7 de se nõ sufficit vt p̄t ad sen
sus. 7 tũc illud extrinsecũ est tanq̄
instrumẽtuz. ipsa enĩ natura ẽ p̄n
cipaliter sanans. Sitr in p̄posito
in quibusdã homibus naturale lu
men intellect⁹ est ita potẽs q̄ ex se
sufficit vt applicet p̄ncipia ad cõ
clusiões. 7 tũc dicit generari scien
tia p̄ inuẽtoẽz. Qñqz autẽ ex se nõ
potest 7 tunc iuuat ex quibusdã sig
nis sensibilib⁹ p̄positis sibi a do
ctõre per que docens exp̄imit ap
B

plicatōz pncipioz ad cōclōs. 7 tūc
intellcūs addiscētis v̄tute pprii lu
mis cōclōs assentit quā vidz ēe de
mōstratas ex pncipijs ita q̄ ista si
gna se hnt sic infirm. s3 lumē intel
cūs sic pncipale agēs inducēs sci
entia 7 tūc scia dē acquiri per do
ctrinas. Notandū insup q̄ oīs
nra cognitio siue p̄treat ad sensiti
uā interiorē siue 7 mēoratiuā i. si
ne ad sensituias oritur a sensu. De
sensitiua interiori p3 vt declaratur
est in libro de anima de intellectuā 7
habita p̄ iuentōez. de habita etiaz
p̄ doctrinā p3. qz ut ē in li° de aia
declaratū. nccē ē intelligētes fantas
mata spectari. dicit ēr **Abf** primo
posteriorz q̄ deficere sensu d̄ficit
in nobis scia de isto s̄su. vñ si cec
nat° doceret de colorib° nūq̄ ba
berz hituz sciētificū de eis s3 tātū
hituz fidei vel credulitatis inq̄tū
pōt credere docētī q̄ color ē tle ēf
Notādū insup q̄ oīs notā itel
lectia vel ē pncipioz vel cōclōnū
7 utroqz mō duplex. qz vel ē cōple
xa notā puta d̄ t̄nis pncipij v̄l cō
clōis. vel cōplexa de cōclōe h° vel
istā. q̄tuz ad cōgnitōz t̄miorz nō ē
cōgnitio exp̄imētalis. q̄. s. ē frequēs
acceptio s̄p̄ibilitū nccia. s3 bñ est ne
cessario aliq̄ app̄hēsiōe s̄p̄ibilit. qz
sine ista nō p̄nt t̄mi ab intellectu cō
cipi. vt p3 ex p̄cedētib°. n̄bil ē i in

tellcū nisi p̄t° fuerit s̄b sensu aliq̄
mō. qz vel p se vt color vel p suas
ptes vt mons aure° vel in suo re
misso ut albedo intensa. vel in suo
sill vt anti p̄s. vel i suo effectū vt
de° vel quouis mō q̄tuz ad cōgnē
tōz cōplexam pncipij vel cōclōis iu
uat cōgnō exp̄imētāl vt citi° assētē
at ip̄ affirmatis q̄ si p s̄b° cogno
scat cōnexio ext̄iorū in singularib°
negatis n̄ si cōgnoscat separō ext̄e
mōz. qz ei s̄sus vidz frequēt hāc
totalitatē uel mioritatē cōiūgi ex s̄
intellcūs citius assentit in pncipio
oē totū ē ma° sua pte. noticia iḡ
exp̄imētāl ē coadiuuas ad noticē
az cōplexā pncipioz 7 cōclōionuz
App̄hēsiō vō aliq̄ s̄p̄ibit est nccia
ad cōgnitōz t̄miorz 7 hoc mō exp̄i
mētis generat ars. nulla tamē no
ticia exp̄imentalis nec sensitua est
nccia simplr ad cōgnitōz cōplexā
pncipioz vel cōclōionū. pbat qz
ipse intellcūs cōceptis termis pōt
v̄tute ppria ip̄os cōponere vel di
uidere ita q̄ cōceptus tales cōplexi
si sint primoz pncipioz esse cog
noscent vō lūie naturali intellcū
quia pncipia cognoscim° in quā
tuz terminos cognoscim° p̄tio po
steriorū. cōclōiones autēz tuz vir
ualiter cōtineāt in pncipijs p̄nt
licē ex illis. nō ē ergo simplr nccia
cōgnitio exp̄imētāl nec p̄ficiua ad

ad cōgnitōz cōplexāz pncipiozū
vel cōclōionū. s3 enī nūq̄ p̄ aliq̄
sensuz videat bec cōiūctio vel se
patio i re si t̄m ex s̄p̄ibilib° app̄hē
dant t̄mini 7 intellcūs cōponat vel
diuidat ille assentiat propria vir
tute immo vbi sensus p̄cipit con
iūctōez terminoz simpliciu3 in re
aduc certū app̄hēdit p̄ncipi° cōple
xo p lumē nāle itellcūs q̄ pp aliq̄
s̄sus app̄hēsiōz. si ei ēēt in app̄hen
siōe s̄sus error adhuc intellcūs cir
ca illd p̄t° nō erraret q̄tuz ad v̄i
tates cōponis s3 iudicāz ēt s̄sus er
rare circa h. nō obstāte q̄ a sensu
errate accipet noticiā simpliciu3.
vñ videm° q̄ vbi s̄sus p̄cipit ba
culū positū in aq̄ fragil intellcūs
iudicat sensuz errare. qz nulluz du
rū fragil ad tactū moll. bec matia
f̄dat diffusū a doctore s̄btili in h
p̄tio. Deīn cōpat artē ad exp̄imē
tū p modū p̄minētie dicēs q̄ q̄tū
ad actōez exp̄iētia nō v̄r ab arte
differre. q̄tū ei ad actū tollit d̄ria
q̄ erat iter exp̄imētū 7 artes p v̄le
7 singulare. qz sic exp̄imētū circa
singularia opat ita 7 ars. vñ 7 p̄di
da d̄ria erat tātū in cognoscēdo.
Dicit t̄m **Aristo.** q̄ quis in mō opā
di ars 7 exp̄imētū nō differat qa
utraqz circa singularia opat d̄rnt
t̄m in efficacia opādi. naz exp̄ti nō
artifices certū opant artificib° in

exp̄tis. c° cāz reddat qz actus 7 ge
neratōs sunt circa singularia. v̄lia
ei nō generāt nec mouēt nisi pacē
dēs inq̄tū bec singularib° cōpetūt
bō ei generat illo hoie generato.
vñ medic° nō sanat hoiez nisi pac
cidēs s3 p̄se sanat platōem aut sor
tē aut aliq̄ue hoiez singularit d̄ctū
cui accidit ēe hoiez inq̄tuz ē cura
tus. **Pro** quo notādūz q̄ q̄uis
esse hōi p se cōueniat sorti t̄m curs
to vel medicato p accūs cōuenit.
hoc enī ē p̄se si est hō. qz si sortes
diffiniret hō poneret in ei° diffini
tiōe. s3 hoc ē accūs curat° vel me
dicat° vel sanat° ē hō. dicit iḡ **ari
sto.** cū ars sit v̄liuz exp̄iētia singu
lariū si qz h3 rēs artis sine exp̄iē
erit q̄dez p̄fect° i hoc q̄ v̄le cogno
scit. s3 qz ignorat singulare 7 sic ex
piētia curat m̄ltoties in curā pec
cabit. **Pro** quo notādūz s3 **sco.**
i hoc p̄tio artifex ex se solū ē p̄fēs
qz hituz p̄fectū in v̄li quē h̄re pōt
n̄ applicā ad p̄t̄clare. possi° ē iḡ
artificē ēē p̄fectū 7 t̄m n̄ p se cogno
scere singulare circa qd ē opatio.
Exp̄tū at impossū ē ēē p̄fectū nisi
cognoscat p̄se singulare. qz cōgnitō
exp̄imētalis p̄se ē ip̄i° singularis.
Artifex igitur ex hoc q̄ est artifex
non oportet quod cognoscat ita
operabile sicut expertus ex hoc
quod est expertus. **Bz**

Nā ex hoc nō sequitur quin ita sit
possibile artificē p se r pte cog
noscere singulare sicut exptus si ap
plicet cognitōz vřfates quā hz ad
suū singulare. Notādū ē q̄ circa
singulare circa qd̄ ē opatio mltā in
sunt pter naturā cois q̄ multa di
uersificat actōz. nā alr oz agere cir
ca hunc infirmū in hoc loco r pte
bac q̄ circa aliū infirmū eadē ifir
mitate laborātes i alio loco r alio
tpe. ista āt ānēta cognoscit exptus
ex multa cognitōe singulariū q̄ non
oz artificē ut artifex est. quia ly d̄
singulari pōt p se cognoscere pp̄
qd̄ si applicet nō tñ cognoscer ānē
ta p hituz artis. iō exptus certus
opaf. Itē ē ex hoc qz exptus ex
frequentibz agere hz hitū in potē
motia qua exequit opatiōz. vt cy
tharedus exptus hz quēdaz hitū
in manu quē nō hz inexptus. r qz
iste hitus multū facit ad expedite
agēduz iō exptus hñs talē habitū
certū opatur. Cōsequēter com
pat exptus ad artē q̄tū ad co
gnitōz oñdēdo peminētia artis r
scie dicēl. illi qui sciūt cāz r ppter
qd̄ sunt sapiētiores r sciētiores ill
qui ignorat cāz. s. soluz sciūt quia
Expti āt sciūt qz s. nesciūt pp̄ qd̄
artifices āt sciūt cāz r qz r sciūt p
pter quid r nō solū quia igit sapi
entiores sunt exptis. Item ad

hoc arguit sic. Signū sciētis ē pos
se docere. artifices autē docer pos
sūt. qz cās cognoscūt. expti autē nō
cū cās ignorat. et si ea q̄ expimen
to cognoscūt alijs tradēt. n̄ r̄cipiū
tur p mōz scie s. opiniois. Cū p̄
qz artifices sūt magis sapientes et
sciētes exptis. Ad euidētā autē
h̄ qz d̄ qz ad r generatiōes sunt
circa siglaria notādū qz h̄ itelligi
d̄ actu trāsēute c̄mōi ē edificare.
ū de imanēte sic ē itelligē. Actus
eiz itelligēdi ē maxie circa vniuer
sale de hac distiōe ad d̄ctū est
tercio illicoz. Notādū tamē
qz actio trāsies ē que trāsit i exte
riōzē materiā. s. patiētis que. s. est
subiectie in agēte. sic calefactio p
cedēs ab igne trāsit i extiōzē māz
videlicet lignorum que calefiunt
r ponit calozē in ipsis lignis r trās
mutat ligna in eo qz comburātur.
actio autē imanēs est q̄ non mutat
illud circa quod agit. cuiusmodi
est itelligere videre sentire. quia
dicit D̄hus qz ppter nostrū nega
re vel affirmare nihil mutat in re

Notandū insup qz licet poten
tie distinguātur idest notificentur
p actus r actus p obiecta. non tñ
ex distiōe nūerali actū r obie
ctoz sequitur nūeralis potētie disti
ctio. qz nō ex quacūqz vnitāte vř
distiōe obiecti vel ad sequit vni

tas vel diuersitas potentie. sed ex
vnitāte vel diuersitate fm gen̄.

7 met
9
Ira p̄dca pōt dubitari
an singularitas sit rō for
mal obiecta s̄lus. D̄ro
euidētia fm scot. in. vii. h̄. sic
deklarabit oz dare p̄ter vnitates
vřis in actu aliquā vnitāte realem
miorē vnitāte reali q̄ ē p̄oz ex na
tura rei vnitāte vřis i actu a qua
mouet itelled̄ ad causandū ali
qd̄ cōe ab hoc singulari. r ab illa
eiusdē sp̄ei magis q̄ diuersarum
sp̄ez aliter vře pōit f̄ctio. Et pro
bo ē p nūc vna rōe. qz circūscrip
to omni itelled̄u hec albedo ma
gis cōuenit cū hac albedine q̄ cū
aliquo alterius sp̄ei vel generis.
Ista cōueniētia non ē de sc̄do vel
tercio modo relationū. vt patz in
tuētū huiusmōi modos q̄to meta
phice igit ē d̄ p̄io. r sic fūdat sup
vniū rōe. ergo ista vnitāte ē realis.
qz relatio realis non pōt fundari
super ens rōis tātuz. s. hec vnitāte
non est nūeralis igit est aliqua mi
nor. vnde dico qz illud vniū reale
p̄cedens actuz itelled̄us ē vniū in
multis q̄tū est de se. s. ē vniū p̄ter
multa vel de multis p itelled̄uz
abstrahētes r predicātes illud de
multis r tūc est actu vře r nō p̄r
qz abe d̄ctiōis requit ad vřale
ex p̄io posteriorz.

Sz cōtra illud vniū est aptum
natū predicari de plibus ergo est
actu vře. D̄retea illud vniū vel est
vře uel singulare qz nō ē dare me
diuz non est vniuersale p te igitur
est singulare. Respondeo ad
primū dico qz illud vniū est aptuz
natū predicari de pluribz aptitudi
ne remota s. aptū aptitudine. pp̄
qua p itelled̄ū. D̄retea aptitu
do nō suffic ad vře actu s. ē n̄c̄tia
est cā p̄ria. r ideo illud vniū actu
reale nō ē actu vře. Ad secūdū
dico fm Auic. quito metaphisice
sue qz equitas ē tātuz equitas nec
ē vniū uel plā. nec vře nec p̄cticare
s. abstrahit a quacūqz tali condi
ctōe. r iō ē mediū inf vřale i actu
r p̄cticare p abnegatiōz utriusqz.

Notādū autē qz Auic. nō ne
gat vnitāte simplr de q̄ditate cuz
ait. nec est vna nec plures s. negat
vnitāte nūeralē ad quā r mltiplici
tate sibi oppositā q̄ditas de se est
indifferēs r de se ad neutrū deter
minat nec ad vře nec singulare r ut
sic in se cōsiderata sine utroqz isto
rū ē obiectū sensus hz tñ vnitāte si
bi cōpetētes. nā de vniū ē vniū vni
tate sibi pp̄ria. hec ē vnitāte p̄ioz
vniuersali r minor vniuersitate
nūerali. singulare igit s̄b rōe singla
ritatis nō ē obiectū s̄lus s. obiectū
p se s̄bus ē aliqd̄ vniū reale p̄ius

vnitate vltis. 7 min^o vnū q̄ vnū
nūero ut iam pdixi. Ubi notā
duz in singlarari sunt duo noranda
siue cōsiderāda. s. ipsa singlaritas
7 ipsa natura subiecta singlarita
ti q̄ est de se indrns ad esse hoc. 7
ut sic indifferēs pcedit ipsaz singu
laritatē. 7 in illo pziōzi suo quo p
cedit h3 istā indifferētia 7 vnitate
realē mīōrez vnitate nūerali. Cuz
ergo singlarare sentit ipsa natura s̄
iecta singlaritati ē rō formal ob
iectiua s̄ totū singlarare sentiatur.
Et si queras quō se h3 ipsa singu
laritas ad obiectū exquo non est
formalis ratio obiecti. Dico q̄ se
h3 ad modū quo causa sine qua
non. sic intelligēdo q̄ singlaritas
siue pprietās indiuidualis nō est
ratio agendī. sed bene est cōditio
agentis. ipsa enī nō est ratio mo
dificādi 7 agendī in sensuz luc3 nō
siue singlaritate ut pt3 in sili. qz
color nō videt nisi sub quantitate
lic3quātitas nō sit formalis ratio
eius. hui^o tamē est ratio sine qua
non. Qz autēz quātitas non sit
formalis ratō obiectiua sensus p3
p Aristō. secūdo posterior dicitē
q̄ s̄sus est vltis sentire vō singula
ris. Itē singlaritas ut sic ē vnus
rōis in color 7 in sono. ergo singu
laritas nō est rō formalis obiecti.
pbatur oīa. qz p obiectiua ratōz

formalē ostēdunt potētie ēē distin
cte. igit si sic ea dez potētia esset re
spcū soni 7 coloris. S3 otra 2^o
de aia singlarare dū sentit vltē duz
intellr. Cōfirmat qz alit idē s3 ea
dez rōez est obiectū s̄sus 7 intelle
ctus. qz si singlaritas nō sit ratio
obiecti sensus erit ipsa natura sub
iecta singlaritati s3 nata talē ob
iectū itellcūs quō ergo ponet d̄ria
s̄sus ad itellcū cū d̄rlaz potēti
az sint d̄rla obiecta. p̄terea cui^o ē
ad^o ei^o ē 7 potētia s̄m d̄m de
sōmno 7 vigilia. s3 sentire ē singla
ris 2^o posterior ergo 7 sensus.

Rūdeo pziō ad istā auctorita
tē ibi de aia 7 similes dicēdū q̄
p eas intelligi q̄ rō singlaritatis
ē req̄sita ad actū s̄sus ut cā simplr
sine qua nō. ex hoc tū nō sequit q̄
erit rō formalis obiectiua. Ad cō
firmatōz de distictōe s̄sus 7 itellcū
p obiecta dicēdū q̄ si vltē actu po
nat obiectū itellcūs argumētū nē
hil cludit. qz obiectū s̄sus nō est
vntibile actu s3 est indrns ad vlti
tē 7 singlaritatem siue ponat q̄ ipa
nata siue q̄ditas sic indrns sit ob
iectū sensus 7 itellcūs sic argumē
tuz h̄ret apparētiam. Exemplum
sensus cōis 7 s̄sus pticularis quia
sensus cōis est potētia supior pōt
in se illud qd pōt inferior 7 hab3
obiectū cō. num^o. vñ pōt in se illō

in quod pōt visus 7 adhuc plus.
ut pat3 secūdo de aia. Sitr in po
tentis subordinatis alterius gene
ris. qz si potētia cognitiua est coior
appetitua hēbit obiectū cōmuniū
Si at sint cōlis ābitus ut in qd cū
qz pōt vna 7 reliq̄ pōt ābe hēbunt
idē obiectū 7 s̄b eadē rōe q̄tū ē ex
pte obiecti. sic se h̄nt ut credo intel
lcūs 7 volūtas. Ad pposituz intel
lectū 7 sensus s̄nt potētie s̄bordina
te eiusdē generis. qz ābe cognitiue
distinguit igit penes obiectū cōiul
7 min^o cōe. vñ in qd cūqz pōt s̄sus
7 itellcūs s3 nō ecouerfo. Eadem
igit natura indrns 7 nō actu vltis
pōt cognosci ab utraqz pō^a q̄di
tatis. igit s̄m q̄ ē obiectū s̄sus ita
7 itellcūs. s3 itellcūs cū sit poten
tia supior pōt in oēs q̄ditatem rei
sensibil 7 matial. s̄sus at nō i oēm
s3 in aliq̄ ut visus in q̄ditatē co
loris seu lucis. audit^o in q̄ditatez
soni 7 sic de alijs. Ad illud de
sōmno 7 vigilia cui^o ē ad^o ei^o est
7 potētia dico q̄ sic potētia sensi
tiua h3 p obiecto istā naturā idif
ferētēz ita 7 ad^o. qd pbat qz aliē
nō est idē obiectū potē^o 7 ad^o. tū
qz potētia s̄sitiua h̄ret obiectū s̄m
aliq̄ rōz s̄m quā est impossibi
le illā potētia p se illud obiectū co
gnoscere. oīs est euidenter falsum.

pbatio oīe. tuz qz sensus nihil ap
prehendit nisi p actū sentiēdi. tuz qz
sensus non pōt cognoscere simplr
 singlarare s̄b rōe singlaritatis ymo
nec itellcūs. ut d̄r. vii^o. hui^o. ergo
ipsa nata indrns ē obiectū potē^o 7
ad^o. sentire tū d̄r esse singlaris qz
s̄sus nō pōt h̄mōi obiectū apphen
dē nisi s̄b singlaritate. bec matia
diffusi^o r̄dat a doctore s̄ntili dis.
3^a scdi s̄niāz. vbi sic ait q̄ q̄ditas
vel natura s3 nunq̄ sit sine vltitate
vel singlaritate nō tū de se est ali
qd istoꝝ s3 ē pziōz natalis omib^o
istis. sic ē in re extra vbi natura ē
cū singlaritate nō ē ipsa natura s̄
se termiata ad singlaritatē sed est
pziōz natalis ista rōe cōtrabēte ip
saz ad singlaritatē istā. 7 vt sic nō
repugnat sibi esse sine ipso cōtrabē
te ita q̄ illi vnitati ex̄nti in hoc sin
glari nō repugnat de se cū quacū
qz vnitate singlaritatis potētiā
vel ponat s3 sibi repugnet vt facta
ppria isti singlarari p istā rōz cōtra
bentē. et si arguas q̄cqd est in vno
numero est vnus numero vt dicit
Boetius. ergo ipsa natura est vnū
nūero. Rūdeo pziō i aliq̄ sili māi
festioꝝ. quicquid est in vna spē est
vnus specie. color ita est in albedi
ne 7 est vnū spē igit nō h3 vnitate
minozē vnitate spēi nō sequit. naz

sicut aliqui potest dici aiatu denoiatiue ut corpus vel p se primo ut homo. qz subiectus includit pdicatu. ita dico q potetiale quod contrahit p actuale informat ab isto actuali. et p hoc informat ab ista unitate ante illas actualitate et ita est vna unitate ppria illius actualitatis. sed denoiatiue est sic vnus vt aut est de se vna nec p se nec prio neqz p parte eentiales. Color igit in albedine est vnus sps lz non de se nec p se lz denoiatiue tantu. differetia autem specifica est vna prio qz sibi prio repugnat diuidi i plura specie. albedo autem est vna specie per se sed no primo qz p aliqd intrinsecu sibi ut p ista differetiaz. Concedo igitur q quicqd est in vno numero est vnus numero vel prio vel per se vel denoiatiue. Primo ut illud p quod vnitas talis couenit huic coposito. per se ut hic lapis cuius illud qd est prio unu hac unitate est p se ps denoiatiue tantu. ut illud potetiale quod pficit isto actuali quod tatus denoiatiue respicit actualitatez huius et unitatez similiter etc.

Insequen

ter opat phus arte adiuua speculatiue ostendens qz ars speculatiua magis est sapia qz actiua

et hoc ideo qz est ppter ipsuz scit et no ppter aliud. Et quia Aristo usus fuit noie artis et scie indrater ne quis putz qz ista stricte sumpta sint illud penit in pre remittit ad sextu ethicoz ubi ista distinguunt.

Pro quo notandum est qz i sexto ethicoz ponuntur quicqz hitus intellectuales. scilicet sapia scia intellectus prudentia et ars. que sic distinguunt. intellectus enim sapia et scia sunt hitus speculatiui siue circa ptes anime speculatiua quam ibi scientificu anime appellat. Differunt tamen in hoc qz intellectus est hitus primorum principiorum demonstrationis. scia vero est conclusiois ex causis inferioribus. sapia vero considerat primas causas. vnde ibidem dicitur esse caput sciarum. prudentia vero et ars circa anime pte pdicam qz dicitur ratiocinatio de continetur operabilibus a nobis. et dicitur. nam prudentia dirigit in actibus que non trahuntur in exteriora materia. sed sunt pfectio agens. vnde dicitur ibi qz prudentia est recta ratio rebus agibilibus. ars vero dirigit in factibus que in materia trahuntur exteriora sicut edificare secare. vnde dicitur ars ratio factibilium. Deinde cum dicitur. aut gratia ostendit ex phisicis principale ppositum quod scilicet sapia sit circa causas. vnde dicitur qz hoc est gratia fecimus pdicam rationem. qz scia ista que denoiat sapia videtur esse circa primas causas. et primo principia. quod quidem patet ex phisicis.

Unusquisque. nam tanto sapientior est quanto magis accedit ad eam cognitionem que exprimitur est sapientior eo qui habet solum sensum sine exprimento et artifex est sapientior experito. et inter artes et scientias speculatiue sunt magis sapientie que actiue. Cum ergo vnus quisque tanto sit sapientior quanto magis accedit ad cause cognitionem ita scia que simpliciter est sapia erit maxime circa causas. Deinde ostendit phisicorum qz metaphisica est sapia ex hijs que homines communiter opinantur de sapiente que sunt sex. Prima. nam conditio sapientis est quod ipse est omnia scire. vt dicitur sic metaphisici est omnia scire. qz exponens Scotus dicit qz ad metaphisicam spectat considerari graditates omnium rerum si quidem in particulari. qz tunc omnes alie scientie supfluerent. sed in vltimo et primo ratione est et hoc est qz dicit phisicorum. vt dicitur. in quantum spectat ad ipsam in vltimo et primo ratione est. secundum hoc exponit illud qz habet sexto huius qz nulla alia scientia tractat de quod quidem est. supple in compositum nisi methica. Et si arguas qz eadem est scia totum et ptes. ergo ad eadem spectabit considerari graditates in compositum et in particulari. Rpondeo qz verum est quantum ad p se passiones totum. Eadem. nam est scia etiam in libris etis. vt homo et rose etc. quantum ad p se passiones etis dicitur de ipso. non autem quantum ad passiones proprias inferiorum. Secunda conditio sa

pietis est qz ei est cognoscere difficultia que. scilicet si sunt leuia coiter hominibus ad sciendum. talia habet considerare metaphisice. habet. nam considerare causas maxime viles que sunt difficiles ad cognoscendum cum sint remotissime a sensu a quo omnis nostra cognitio sunt incipit. Tercia conditio sapientis est qz de istis que scit habet certitudines plus quam alij communititer habent sic metaphisica est scientia certissima. quod Aristo. qz quanto magis aliquid scientie sunt priora naturaliter tanto sunt certiores. quod ex hoc patet qz iste scientie que eliciuntur ex additione ad alias sunt minus certe alijs que in sua consideratione pauciora exponere habent. sicut arismetica est certior geometria. nam ea que sunt in geometria sunt ex additione ad ea que sunt in arismetica quod intelligere valemus si consideremus ea que vtraque scientia considerat. vt primum principium. scilicet vnitatez et punctus. vtrique. nam est indiuisibile. punctus tamen addit super vnitatez situm seu positum in continuo. sic scie partem clares sunt posteriora metaphisica et eaz sibi aliquid addit ad ipsas ut patet de subiecto phisice vel mathematice. igitur tanto magis scientia est certior quanto ad sui scibilis consideratoz pauciora actu consideranda regradunt. vnde scie operabiles sunt incerte. qz omnes que considerent multas singularium operabilium circumstantias. sequitur qz scia metha

phifice sit certissima. Quarta con-
ditio sapiētis est q̄ possit assigna-
re causas cuiuslibet quesiti. 7 p̄ hoc
docet sicut metaphisic⁹ cōsiderat
primas causas oim̄ causarū. Qui
ta cōditio est q̄ scientia que est sa-
piētia est magis volita p̄pter ip̄s
scire 7 nō p̄pter aliud huiusmodi
est metaphisica. quod p̄bat quia
metaphisica est maxie sciētia igit̄
est maxime volita p̄pter scire. an̄s
probat. qz est de maxie scibilibus
s. de p̄mis causis 7 p̄cipijs p̄ q̄s
aliqua cognoscūt. 7 illas vō p̄bat
qz qui scias p̄pter scire desiderat
maxias sciētias maxie desiderat
iuxta illā regulā topicā. sic simplr
ad simplr magis ad magis 7 ma-
ximū ad maximū. Sexta cōditio
sapiētis est qz nō decet eū ordiari
ab alio s̄ pot̄ ipsuz alios ordiari.
qd̄ ptz ex hoc q̄ architectozes
id est p̄cipales artifices qui sapi-
entes dicunt nō ordiāt ab alijs.
sed ipse scie famulātes ordiāt in
finē sup̄ioris artis. sicut nauifactor
in usuz ipsius navis. Subernator
eniz qui utit̄ navi iā facta archite-
ctor est respectu navis factiui. sicut
ars cōstris ordiāt in fines milita-
ris. sic oēs scie ordiāt i metaphi-

cas. quod p̄bat ex hoc. qz euz p̄t
cularis cōlibet finis sit bonū p̄ca-
lare illud qd̄ ē finis oim̄ in toto ē
optimū in tota natura. s. ipse de⁹
ad quē oia ordiāt que p̄tinet ad
cōsideratōz p̄dicte. p̄z ergo q̄ meta-
phisica ē sapia 7 p̄cipalissia iū
oēs alias scias.

Cōsequēter oñdit D̄bus q̄lis
sit metaphisica. 7 p̄rio dicit q̄ non
est practica s̄ speculatiua cū nō sit
p̄pter opari s̄ p̄pter scire. qd̄ oñ
dit ex hoc q̄ phi fuerunt moti ad
philosophandū 7 inquirenduz sa-
piētiaz p̄pter admiratōnez. ex ad-
miratōe autē p̄uenit omnis scien-
tia vel inquisitio. Ipsi eniz viden-
tes aliquos effectus at eclipsim lu-
ne 7 motū solis &c. 7 ignorantēs ip-
sorum causas fuerūt moti ad ipsas
ingrēdas p̄pter fugaz ignorātie
7 sic p̄pter scire. hoc p̄bat etiā ex
signo. qz habitis omnibus necessa-
rijs ad vite necessitates hec ques-
ta est. 7 sic nō p̄pter aliud sed p̄-
ter seipsas. Secūdo ostēdit q̄
ista sciētia est honoratissima cum
sit diuina. de⁹ autē est honorabi-
lior omnib⁹ rebus. Qd̄ at sit di-
uina ostēdit. tum qz est de deo

1. met
12
tuz sit de primis causis. tuz qz so-
lus deus h̄z eā fm̄ p̄fectā cognitōz
licet autē ei⁹ cognitio nō possit p̄se-
de haberi ab hoie illud tamē mo-
dicū quod de ea habet p̄stātū est
oibus que p̄ alias scias cognoscūt
Ex istis patz q̄ cū metaphisica sit
sciētia speculatiua 7 sit nobilissia
sequit̄ q̄ omni sciētia practica est
aliqua speculatiua nobilior. qd̄ q̄
dez veruz est de sciētis hūanitus
adinuētis. qz n̄ra vera theologia
est nobilior ista que tū est practica
cū dirigit in dilectōz dei ut diffu-
se tractat Scot⁹ in prologo primi
suaz. Et si arguas q̄ practice hu-
māitus adinuenite sunt nobiliores
metaphisica. qz cui⁹ finis est nobi-
lior ipsa sciētia est nobilior. s̄ finis
practice ut moralis phie ē bonuz
esse. finis vero speculatiue est scire
primū est melius 7 hoc p̄z 7 sic no-
bilius igit̄ &c. Ad hoc r̄ndz idē
doctoz i hoc primo metaphisice q̄
bonū simplr nō est finis practice.
de qua Aristo. loquit̄ s̄ bonū ope-
ris. nobilius at̄ est bonū speculati-
uū q̄ bonū opis. scia at̄ practica ē
vt boni sim⁹ nō simplr sed fm̄ vir-
tutes. 7 illud nō est bonū simplicit̄
qz fm̄ D̄m ordiāt ad mai⁹ bo-
nū nostrū. s. ut speculemur sbas se

patas 7 getemur in speculatiōe il-
larū. illa autē speculatio ē summū
bonū n̄m qz est felicitas fm̄ phm
x⁹. ethicozuz.

Sequitur questio.

Uta tamē predicta po-
test dubitari an metaphi-
sica sit practica vel spe-
culatiua. Et arguitur q̄
practica. quia omnis scientia que
ordinat̄ ad bonū moris est p̄tica
s̄ metaphisica ē huiusmodi. quia
ordinatur immediate ad felicitatem
que est summuz bonuz nostrū
igitur est vere practica.

Preterea metaphisica est com-
munis ad practicas 7 speculatiuas
quia vniuersalis respectu omnium
ergo nec practica nec speculatiua.
quia abstrahit ab utraque.

Contra est Philosophus in
littera.

Respondeo in ista questione
presuppono vnuz quod ab omni-
bus generaliter est concessum scilicet
q̄ h̄t̄ p̄tic⁹ seu scia practica
aliquo modo extendit̄ ad practiz.

sicut et ipse intellectus. iuxta illud ter-
cij de aia. Intellectus extensioe sit
practicus. hoc supposito sic. pceda
prio fm doctores ibriles in plogo
pmi sniaz describaz qd sit praxis
ad qua extēdit scia practica. fo q
liter scia pdica extēdit ad praxiz
tercio ex dictis dica ad questioez.

Quatus ad pmu praxiz q scia
di pdica est ad alterius potētie
q intellectus. 7 hoc arguit qz stado
pctē in actib intellectus nō ē exten-
sio intellectus. qz extēdere ē extra se
tendere. sic at intellectus nō se exten-
dit. nec valet dicere q sufficiat ad
praxiz. qz vñ ad intellectus exten-
dit dirigēdo aliū. qz tūc primū in
specularis est practica cū extēdat
ad hitū cōtionū. s; qd absurdū.
Ex his cōcludo correlariū q logi-
ca nō est pdica. S; cōtra illud cor-
relariū arguit Auic. multis roib
qrū vna ē tūc. habitus cui finis
pprius non est actus. pprius est
habitus practicus logica est huius
modi. ergo. minor ptz qz ordinat
ad alias sciētias. Preterea habi-
tus qui diuidit in utentē 7 docen-
tem est practicus. loyca est huius
mōi ergo ic.

Itē arguit sic loyca docz nos
arguere ergo est practica. añs est
notuz. pbat pna. qz argumētatio
vocalis est actus a vocali impat

Itē rōes 7 alie quas idēz Auic.
facit pcedūt ab insufficienti. Ad
primaz maior est vera si hēat p si
ne actuz alteri generis a specula-
tōe ita qz erit directius vere pra-
xis que si sit actus alterius poten-
tie q intellectus ut intellectus vl vo-
luntatis vel aliarū potētiarū execu-
tiuarū. 7 p hoc pnt solui oēs rōes
Auic. 7 sic minor est falsa.

Ad secūduz reducūt cōtra ipm
quia assumpta maiore addo mio-
rem sic. sed metaphica diuidit in
utentē 7 docentē ergo metaphica
est practica. cōsequēs est falluz er-
go maior. qz minor etiaz concedit
ab ipso. Et pbat. qz oēs alie sci-
entie utūt metaphica spēaliter
qz ad pncipia cōia que sunt di-
gnitates quas accipiūt oēs alie sci-
entie a mathematica fm Philoso-
phū quarto huius. Secūda
dictio est ista qz praxiz nāliter est
posterior intellectōe. patet qz secū-
duz Augustinū nihil volitū nisi p
cognitū. actus igit volūtatis ē po-
sterior intellectōe seu actu intelle-
ctus. patet etiaz quia actus nō ha-
bentes ordinē ad intellectū cōmōi
sunt ad vegetatini. aut ē nāliter
pcedētes intellectōez vt sunt actus
sensitini nō dicūtur praxez nec ad
eos sciētia practica vt sunt potes
intellectōe.

Sic adus potētie sensitine in qua
tu pcedūt actū intellectus non sunt
praxez. nec respctū istoz aduū. est
sciētia practica nisi p quāto ē mo-
deratiua istoz aduū 7 isti ad se
quūtū intellectōez moderatē vt
p ipsaz moderātur. Ex duab cō-
ditiōibz praxiz sequit correlari-
uz qz praxiz ad qua extēditur ha-
bitus practicus non est nisi ad vo-
luntatis elicitus vel impatus. qz
nullus ali est posterior naturalit
intellectōe. Licz at volūtas impet
intellectū vt intelligat tū ille actus
intelligēdi nō est praxiz cū non sit
alteri potētie ab intellectu.

Notādū qz praxiz grece idēz
est q opatio latie. Notādū insup
q duplex ē actus volūtatis. s. pri-
mus vt volitio. vel actus elicitus
vel pduct qd idē est. 7 scdarius
vt ad impatus. Tercia cōditiō
ē qz praxiz sit actus natus confor-
miter elici intellectōi recte ad hoc
ut sit rectus. Ad hoc enī q opatio
sit recta o; q cōformet dictami re-
de rōis. Exēplū recta ratio dicit
q danda est elemosina de pprio
paup ppter deū 7 pietatē. Si at
quis dederit elemosinā paup de
bono aliēo aut ppter inanē gliaz
talis opatio non erit recta. qz non
cōformabit recte ratōi. Jam pbo
qz praxiz sit actus natus cōformit

elici ratōi recte ex sexto ethicorū
vbi dicit q electio rāa necessario
p suppoit rōez rectaz. 7 si hoc ē ve-
rus de electōe que est actus elicitus
voluntatis pari rōe erit verus de
actu volūtatis impato. ad hoc igit
tur qz actus sit rectus oportz qz cō-
formiter eliciat ratōi recte. Ex du-
abus vltimis cōditiōibz praxiz
sequit qz actus impatus a volūta-
te non est praxiz primo sed quasi
p accidēs. quod patet ex hoc qz nō
primo posterior intellectōe. nec pri-
mo est natus elici cōformiter rōi
recte. o; ergo sequitur aliū actū esse
primo praxim. Itē at est ad eli-
citus volūtatis qui est volitio. qz
p volitōez bz dictas cōditiōes ac-
tus impatus 7 ipsa non est p aliū
talis. hec enī est ratio ei q est pri-
mo inesse primo posterior capto
de vniuersali. Tunc vltra quando
aliquid est p ius tale cōiunctū cū
ali posteriori adhuc erit tale si
posset ab isto separari. ergo si actus
volūtatis potest separari ab actu al-
terius potentie erit etiam ab ipso
separatus. separatur autē circa qd
cunq obiectū circa quod pot esse
actus volūtatis 7 non actus alte-
rius potentie inferioris cuiusmōd
sunt omnia imaterialia. ergo circa
omne tale solus actus volūtatis
elicitus est praxiz prio. Quarta

conditio est q̄ p̄axis ē actus qui potest recte ⁊ non recte elici. ⁊ hoc significat euz dicitur ad hoc q̄ sit rectus. naz si non p̄t recte ⁊ nō recte elici frustra poneret resp̄cū ei⁹ sciētia p̄actica directiua. non enī indigeret directiua.

Quantū ad secūduz articuluꝝ dico q̄ ista extensio sciētie p̄actice ad p̄axim vt regule ad regula tuꝝ cōsistit in duplici resp̄ctu vel relatōe aptitudinali cōformitatis ⁊ prioritatis naturalis. De prioritate patet p̄ illud sexti ethicorū. Electio recta necessario p̄supponit ratioꝝ rectā. nō autē eā necessario requireret nisi esset prior. De cōformitate habet idēz q̄ veritas cōsideratōis p̄actice est cōfesse idēz cōformiter se habēs appetituꝝ rēo Dico autē aptitudinali q̄ neutra relatio requirit actualiter quia q̄ p̄axis actualiter accipiat consideratōez cui sit cōformis. hoc omni no accidit cōsideratōi. Nam si ab actuali extēsiōe diceret p̄actica nulla sciētia esset necessario p̄actica. sed ipsa q̄nq̄z esset p̄actica q̄nq̄z speculatiua quod est impossibile. sufficit ergo duplex extēsiō aptitudinalis. Ex his cōcludit correalarius q̄ nulla sciētia est vere p̄actica nisi sit directiua vere p̄axis modo p̄posito.

Quantū ad terciū argumētū dico q̄ metaphisica est sciētia speculatiua non p̄actica. quod patet Tum ex auctoritate Aristo. tū q̄ cognitio entis inquātūz ens nō dīrigit in aliquā vere p̄axim.

Ad argumēta ad p̄imū data mathematicū. ad miōrez dico fm̄ opinioꝝ Aristo. q̄ felicitas cōsistit in speculatiōe que non est p̄axis. vt p̄ in p̄io articulo. ⁊ iō l̄z metaphisica ordinat ad felicitatem ex hoc tamē nō sequit q̄ sit p̄actica. q̄ ex hoc nō extēditur ad p̄axim Si dicat etiaz q̄ metaphisica ordinatur ad amorē ultimi finis dico q̄ non ordinat ad aliquēz amorē qui sit actus elicitus voluntatis maxime fm̄ Dhm̄ qui non ponit aliquā sciētiā esse cōformē p̄axi voluntatis circa finēz. q̄ non potest voluntatē circa finem habere p̄axim. sed quasi quādāz simplicem motionē amoris naturalis qui se per est rectus ⁊ p̄ cōsequēs non est p̄axis. q̄re metaphisica que ad tales amorē ordinat non p̄pter hoc est p̄actica.

Ad secūduz dicēduz q̄ licet metaphisica sit cōmunis omni sciētie ratōe obiecti. q̄ ens est cōmune oīenti. tamen p̄modus cōsiderādi nō est cōis s̄z p̄p̄ri⁹. s̄. speculatiu⁹ nec in modo cōsiderādi abstrahit ab

utraq̄z. sed soluz quātūz ad subiectūz. Ad terciū dico q̄ argumētatio vocalis non est vere p̄axis q̄ ordinat ad scire. vnde logica nō docet arguere vocaliter vt ibi si sciamus sed ut sciamus. argumētatio etiā vocalis ordinat ad metales que est opus intellēctus. quare vero metaphisica est causarum speculatrix. ⁊ quare ē vnuzq̄q̄z scire arbitramur cū causas ei⁹ cognoscimus. ideo p̄bus cōter f̄ctat de causis ponēdo varias opinioꝝ antiquorū de quibus sufficiat que dicta sunt primo philicorū.

Contra quas opinioꝝ arguēt lōga esset ⁊ inutilis disputatō vel le ipsoꝝ errozes singulos aperire cū modicū iuuēt pro theologia.

Ad euidētā at b⁹ qd̄ dictū est de logica docēte ⁊ vtēte. Notādū q̄ logica docēs dīr̄ inq̄tū cōsiderat de ente rōis sine secūdis intētionibus institūēs modūz quō p̄ eas p̄cedi possit ad cōclūsiōes in singulis sciētijs ostēdendas. vtens vō dicit fm̄ q̄ modo adinūeto vtitur ad cōclūdēduz aliquid in singulis sciētijs zē.

Incipit liber secūduz metaphisice.

d **V**eritate
autēz theorica. Postq̄

ibus improbauit opinioꝝ anti quorū de p̄imis p̄ncipijs hic accedit ad determinādūz veritatem Aliter autē se habet cōsideratio p̄ me p̄bie circa veritatē ⁊ aliarū p̄ticulariū sciētiarū. nam vnaquaq̄z p̄ticularis sciētia cōsiderat quādā p̄ticularē veritatē circa determinatūz genus entis. vt sunt geometria circa magnitudinēz. arismetria circa nūeros. s̄z Dbia p̄ cōsiderat veritatē v̄lez entis. ⁊ ideo ad hāc p̄tinet cōsiderare quō se hēat ad v̄itatē cognoscēdaꝝ. Diuidit ergo ps̄ ista in duas p̄tes. in p̄ia p̄te dēfmiat ea q̄ p̄tinent ad cōsideratōz v̄lis v̄itatis. in fa incipit ingredi veritatem de p̄mis p̄ncipijs ⁊ oibus alijs ad q̄ se extendit b⁹ p̄bie cōsideratio. ⁊ hoc in octauo libro. Circa capim̄ p̄imuz v̄ndit quō se hēat hō ad cognitōz v̄itatis. ⁊ dicit p̄ q̄ cōsideratio v̄itatis quodāmo ē facilis ⁊ quodāmo difficilis. est ei facilis quo ad cōgnitōz priorū p̄ncipiorū. vñ dicit in foribus idēz in sanis q̄s delinqt. infiora ei dom⁹ difficile ē scir̄ ⁊ circa ea facile est hoiez decipi. s̄z circa ipsuz introitū dom⁹ q̄ omnibus patet ⁊ primo occurrit nullus decipitur. ita est in cōsideratione veritatis.

mas p que intrat in cognitō; alioz
nota sunt oibus. huiusmōi at sunt
prima pncipia vt d quolz dī esse
vel nō esse. Omne totū est maius
sua pte. oī totū equū est suis parti
bus 7 ecōuerso. Notanduz q
totū; aliqñ sumit cathegematice
7 est idēz qd habēs ptes. sicut the
greumatice idēz est qd quelibz pī
Circā vero cōclusiōes ad quas per
huiusmōi quasi p ianuā introitū cō
tingit multos et rare.

Circā quod nota sicut dicit hic
Scot^o. nos naturalr cognoscim^o
prima pncipia nō q eoz cognitō
insit nobis a natura. anima enim
nra a natura sua est nullā habens
cognitōz. sed est sicut tabula rasa
in qua nihil est depictū 3^o de ania
Omnis etiam nra cognitō intel
ctiua ortū bz a sensu. 7 p cōis non
est in nobis a natura. sed cognitio
pnoz pncipioz est intellectiua ut
pater. vnde respctū pncipioz pōit
habitus qui dicit intellectūs ergo zc
maior declarat. primo enīz moue
tur sensus ab obiecto simplici non
cōplexo. 7 sensu moto mouet intē
lectūs. 7 intelligit simplicia qui est
actus pimus intellectūs. Deīn post
appbēsiōz simpliciu segtur secun
dus actus qui est cōponere simpli
cia ad inuicē. Post istā autē cōple
xiōez bz intellectūs ex lumine nāli

q assentiat illi veritati cōplexe sī
illud cōplexū sit primū pncipiū. 7
sic nra cognitio intellectiua ortum
bz a sensu. Nos ergo naturalr co
gnoscm^o pma pncipia quate^o ex
lumine naturali intellect^o sunt no
bis nota habita simplici noticia t
minoz. pncipia enim cognosci^o
in qru; sūtiōs cognoscim^o ex priō
posteriorū.

Notanduz et q pncipia sunt du
plicia. qdaz. n. sunt simplr prima
vt ipossibile est idem sū ēe 7 nō ēē
se. 7 omē totū est maius sua pte 7
huiusmōi. 7 circa istā impossibile
est errare sū Dhm qrtō b^o. alia
sunt pncipia que sic sūt pncipia
respctū aliquoz q tū pnt esse con
clusiōes respctū primoz pncipio
rū 7 talib^o pōt vn^o magis vel mi
nus assentire q alius. Et de istis
dicit Cōmētator tercio phisicorū
q aliqui ppter cōsuetudinēz nega
uerūt prima pncipia. 7 exempli
ficat de xpianis qui negauerūt il
lud pncipiū ex nihilo nihil fit. d
istis nō intelligit Dhus in pposito
Consequēter oīdit Dhus quō
cōsideratio veritatis sit difficilis.
7 dicit q forsan difficultas cogno
scēdi res puenit ex pte rez ipsaz
vel intellectūs nostri. tamē se deter
minādo dicit q nō ex pte rerū ip
sarū. sed ex parte nostra puenit

huiusmodi difficultas. qd probat
qz difficultas si esset ex pte reruz
sequeret q illa magis cognoscere
mus que sunt magis cognoscibilia
sū suā naturā que sunt maxime
in adu. s. entia immālia. quod nō
est falsuz cuz talia sint nobis igno
ra. vnde dicit q sicut se habēt oca
li nocticoracis siue noctue ad lumē
solis sic intellect^o noster ad ea que
sunt manifestissima nature. mani
festus est autēz q nō puenit ex de
fectu solis quin sit visibilis ab oca
lis noctue. sed ppter debilitatem
vantis visive ipsius que est in oca
lis ipsius noctue. nō autēz ex pte ip
sius obiecti. sic ex debilitate intel
lectus nostri difficile est nobis cog
noscere substantias sepatas.

Ad euidētiāz autē pdictoz sci
enduz q est vna opinio Cōmēta
toris q rerū quedā sunt matiales
quedā imatiales. Dicit ergo q ex
pte intellectūs nostri est difficultas
cognoscēdi substantias sepatas nō
autēz ex pte earū s; intellectiōe sub
stantiaz materialū seu formaruz
matialiū est difficultas rei. Cui^o
ratio sic assignat. qz vnūquodque
est cognoscibile sū q est magis i
actu. 7 q sbe imatiales sunt sim
plr in adu matiales vō non. id
circo immatiales nō habēt ex se
q difficulter cognoscatur. materi

ales autē ex se habēt difficultates
cognoscēdi.

Sed cōtra hoc quod dicit de
substantijs materialib^o arguit sic
si in rebus est difficultas cognoscē
di ex pte earū hoc erit compando
eas ad quēcunq; intellectū. cōis ē
falsuz sicut ptes respctū intellect^o di
nunt. ergo 7 anis. pbat cōis qz cuz
ipse res sunt eedez apud quēcunq;
intellectū compent. si ex pte earuz
sit difficultas hoc erit respctū cui^o
cunq; intellectūs. Diceduz aliter
sū Scotū q tota difficultas cog
noscēdi res est ex pte intellect^o no
stri vt ptes p Aristo. in pcedētibz
Et si queras quō vna res pfectius
cognoscit q alia. dico q difficul
tas nō est ex pte rei. sed pfectio co
gnitōis pōt itelligi duplr. vel sine
proporziōe vel simpliciter. primo
mō impfede intelliguntur res ma
teriales sicut imatiales. nam sū
pporziōz ita pfecte mouēt intellēm
res habētes modicū seu paruz de
entitate sicut res habētes multuz
Exemplū puus ignis sine propor
tōe virtutis sue ita pfecte cōburit
cōbustibile sicut magnus ignis. s;
secūdo mō eqz nō sunt cognoscibi
les oēs res. sicut magn^o ignis pfe
ctius cōburit q puus loquēdo sim
pliciter 7 ceteris paribus. Ratio
huius est. qz cognoscibilitas seqt

rem fm q̄ res est ens. qz sicut res se habz ad esse sic ad cognosci vt habet in hoc secūdo. concedo igit q̄ difficultas cognoscēdi siue quā tu3 ad imaterialia est ex pte intel ledū nostri materialia at̄ nō sunt eqz in actu sicut imālia ita simplr nō ita pfecte cognoscūtur. cognitio tā men que pōt haberi de eis eqz fa ciliter habet pportionalr sicut de imaterialib⁹. qz ita facit mouet intellectū materiale fm suā cogno scibilitatē sicut imateriale non tñ eqz intente simplr loquēdo. p hoc patet quid dicēdus sit ad rō3 Cō mētoris. Soluz eniz cōcludit q̄ impfectiora in entitate nō habent ita pfectā cognitōez simplr sicut pfectiora. Notādus autē q̄ non solū materialia eqz pfecte nunc cog noscūtur fm pportioez sue cogno scibilitatis sicut imaterialia ymo pfectius fm eundē doctozē subtile 3^a. dīl. primū sniaz. qz eniz imate rialia sunt remotiora a sensib⁹. iō minus pfecte sunt cognoscibilia p statu isto.

Alterius aliquis pōt dubitare an substantie imateriales possint in telligi fm suas qditates ab intel lectū viatoris. 7 arguit q̄ non per Dhm in lra. Sicut eniz ocul⁹ nō due ad lumē solis 2. sed primuz ē impossibile ergo 7 secūdus. Pre

terea plus distat intelligibile icrea tu3 ab intellectu creato q̄ intelli gibile creatus a sensu. sed intelligibi le creatū nō pōt apphendi a sensu ergo multo min⁹ intelligibile icre atuz ab intellectu creato. Preterea aia cōiuncta nihil intelligit nisi ab strahēdo a fantasmatis. sed sub stantie separe nō faciūt fantasma ta. nec pnt cognosci ex his que fa ciūt ergo 2. pbatio maioris quia fantasmata se habēt ad intellectū sicut sensibilia ad sensuz 3^o d̄ aia. sicut ergo sensus non pōt sentire si ne sensibili sic nec intellect⁹ intelli gere nisi abstrahendo a fantasma tibus. mior h3 duas pres. pzia p batur sic. qz fantasma est mot⁹ fa ctus a sensu 2^o de ania. sed substā tie separe non sunt sensibiles ergo nec fantasmabiles. secūda pars pro batur sic. tu3 quia effectus nō ade quans potentia cause nō ducit in cognitōez qdītatis cae. qz qdītās cause excedit effectū istū. s3 substā tie separe non cognoscūtur p ista que faciūt fantasmata in nobis co gnoscūtur p effectus huiusmodi q̄ s. nō adequat potētias sue cause. ergo 2. tu3 qz finiti ad infinitū nul la est proportio. ergo nec alicuius effectus sensibilis est pportio ad quiditatē diuinā. Preterea q dītās substantie materialis est ob

iectus intellectus pro statu isto vt dicitur est tercio de anima. ergo ni hil poterit intelligi a nobis quod nec est materialis quiditas nec co gnoscibile p tales quiditatē.

In oppositū arguit sic. de sub lecto demonstratōis oportet plup ponere quid est ex primo postero rus. sed de substātijs separe mul ta a philosophis d̄mōstrant sicut patet. xij. huius de prima intel ligitia scilicet q̄ sit sempiterna. 7 q̄ actu semp intelligat 7 sic d̄ alijs ergo quiditates substātiaruz sepa tarū philosophi cognouerūt.

Preterea Dhus decimo etbi corū probat q̄ felicitas hominis cō sistit in speculatōe felicitatis. 7 cō dudit in fine capituli q̄ sapiēs est utiqz felicissimus. 7 fm Philoso pbū sexto ethicoz. Sapiētia est circa altissimas causas. igit in spe culatōe altissimarū causarū consi stit felicitas hominis. ad felicitatē autem cum sit finis proprius ho minis non est impossibile homini pertingere vt dicitur in secūdo hu ius. Null⁹ conabitur ad terminū non futuruz peruenire.

Respondetur ad hanc ratiōez quod possibile est homini specula ri altissimas causas non tamen in

2 met

19
bac vita. Contra felicitas de qua loquitur Philosophus potest haberi in hac vita. Dicit enim sic. Quare erit utiqz felicitatis spectatio que daz. opus autē erit exteriori pro speritate 7 oportet corpus sanum esse 7 cibum 7 reliquuz famulatiō existere. sed certum est q̄ ista non habentur nisi in hac vita.

Preterea secundo huius argu it sic. Si cause essent infinite nihil contingeret scire. Ista consequen tia non valet nisi ad cognitionem cuiuslibet effectus oporteat cogno scere omnes causas. ergo si non cō tangit intelligere primam causam que est maxime causa cuiuslibet effectus nullum effectum continge ret cognoscere.

Respondetur quod de substā tijs separatis cognoscimus quia sunt vel inquantuz sunt causa om nīuz istorum inferioruz. non autē cognoscimus quid sunt.

Aliter dicit quod de ipsis co gnoscimus quid non sunt. quia scī licet non sunt aliquid istoruz infe riorum.

Contra primaz ratiōez arguit sic. impossibile est cognoscere compositionem aliquorum nisi co gnitis eorū terminis vel extremis

quia ut habet primo p[ro]p[ri]etas .
esse significat c[on]positio[n]es quas sine
extremis non est intelligere. Si er-
go cognoscam[us] causas esse et p[ro] c[on]-
sequens q[ue] d[icitu]r earu[m] inesse . sequit[ur]
de necessitate q[uo]d cognoscam[us] qui
d[icitu]r earu[m] . Contra secunda[m]
arguit sic . q[uo]d omni p[ro]p[ri]etate nega-
tiua est aliqua affirmatiua p[ri]or .
ergo si cognoscat de substantia se-
pata quid non est o[mn]i de ea p[ro]cogno-
scere quid est . a[n]s p[ri]o ex secundo
p[ro]p[ri]etas capitulo ultimo ubi dicit
p[ro]p[ri]etas q[uo]d ista p[ro]p[ri]etio bonu[m] non est
malu[m] non est vera nisi q[uo]d hec affir-
matiua p[ri]or est vera bonu[m] est bo-
nu[m] . Et q[ui]nto hui[us] dicit p[ro]p[ri]etas . notio[n]is
utiq[ue] e[st] d[icitu]r q[uo]d opposita negat[ur] .

Dicendum ergo est q[uo]d hui[us]m[od]i
substantie possunt intelligi s[ecundu]m suas
q[ue] d[icitu]r ab intellectu viatoris s[ecundu]m
modu[m] qui dicit[ur] . Pro quo no-
tadu[m] q[uo]d duplex est noticia . s[ci]l[icet] sensi-
tiua et intellectua . et utraq[ue] e[st] duplex
s[ci]l[icet] intuitiua et abstractiua . Cognitio
intuitiua est que respicit obiectu[m] ut
p[ri]us est . Ex[em]plu[m] de sensitua ut ocu-
lus videt colore[m] . ex[em]plu[m] de intel-
lectiua ut cognitio b[ea]toru[m] in patria
et ista cognitio visio[n]is est forsan no-
bis impossibilis p[ro] statu isto . Co-
gnitio at[er] abstractiua est que e[st] ob-
iecti p[re]sentis in sua specie generata
ab obiecto quod potest esse abs[en]-

in sua exist[en]tia . Ex[em]plu[m] de sen-
sitiua ut fantasma imaginat[ur] colo-
res visus . Ex[em]plu[m] de intellectua
ut cu[m] intelligo rem absente[m] .

Ad p[ro]p[ri]etate[m] ergo dico q[uo]d s[ub]-
stantie sepeate non cognoscuntur a no-
bis p[ro] statu isto cognitio[n]e intuiti-
ua ut patet . nec etia[m] abstr[act]iua
que sit per species in ipsis genitas
in ratio[n]e obiecti cu[m] species ipsaru[m]
non cadant sub sensu . bene tamen co-
gnoscuntur cognitio[n]e abstractiua p[er]
sp[eci]es creaturarum . Quod sic decla-
rat Scotus 3^o . dis[putatio]n[is] p[ri]mi s[er]m[on]is
Illud quod pot[est] imprimere speci-
em minus vniuersalis potest etia[m]
causare specie[m] cuiuscunq[ue] v[er]ioris .
igit[ur] creature que imprimunt species
p[ro]p[ri]as intellectui possunt etia[m]
imprimere species n[on] antecedentiu[m]
que co[m]muni co[n]ueniunt eis et deo .
et tunc int[el]lect[us] pot[est] uti p[ro]p[ri]a vir-
tute multis sp[eci]ebus simul ad conci-
piendu[m] illa simul quoru[m] sunt ille
species puta specie s[um]mi . specie ve-
ri . specie boni . specie actus ad con-
cipiendu[m] summu[m] bonu[m] actualissi-
mu[m] et sic de alijs . quod patet p[er] lo-
cu[m] a minori . imaginatiua eni[m] po-
test uti speciebus diuersoru[m] sensi-
biliu[m] ad imaginandu[m] co[m]positu[m]
ex illis diuersis . sicut patet imagi-
nando montem aureu[m] . licet mons
aureus nunqua[m] fuerit a sensu ap[er]-

2. met 16
bensus . Sic igit[ur] quasi in quadam
descriptio[n]e co[n]cipim[us] deu[m] attribu-
do ei co[n]ceptus omniu[m] p[er]fectionum
simpliciter in summo qui nulli alijs
co[n]ueniunt . ut co[n]cipi[en]do q[uo]d deus est
ens infinitu[m] s[um]mu[m] bonu[m] actualis
simu[m] . licet autem sic concipiamus
deu[m] in vniuersali non tamen cog-
noscitur a viatore in p[ar]ticulari et p[ro]-
p[ri]e et sub ratio[n]e hui[us] essentie seu
sub ratio[n]e deitatis . Sic igit[ur] p[er] quod
substantie sepeate possunt cognosci
ex speciebus creaturarum possunt
etia[m] aequaliter intelligi p[er] effect[us]
suos . sicut substantia cognoscitur
per species accidentis s[ecundu]m vna[m] opi-
nionem .

Notadu[m] q[uo]d Cicero p[ri]mo que-
stionu[m] Tusculanaru[m] dicit q[uo]d p[er] ef-
fectus reru[m] intelligibiliu[m] que s[un]t
sensibiles deuenit in cognitionem
rei intelligibilis insensibilis . Inui-
sibilia eni[m] dei per ea que facta s[un]t
intellecta co[n]spiciuntur ad rationes
p[ri]mo isto modo cognoscim[us] deu[m]
N[on] cum videamus in m[un]do res
ordinate[m] procedere arguim[us] vnu[m]
esse gubernatore[m] et ordinator[em] re-
ru[m] . et cum gubernator debeat esse
p[re]stantior reb[us] ordinatis ut cau-
sa effect[us] arguim[us] illa p[ri]ma ca[us]a es-
se intelligibile[m] . Nec alio mo[do] ut di-
cit Cicero ipse deus a nobis intel-
ligi potest nisi ut mens soluta que

dam et segregata ab omni co[n]cre-
tio[n]e mortali . hec ille .

Nunc ad argum[en]ta dicit[ur] . ad
p[ri]mu[m] patet q[uo]d s[ecundu]m Co[m]mentatores
ista similitudo est intelligenda non
quo ad imponete[m] s[ed] quo ad dis-
finiente[m] . Si aut[em] velis intelligere
similitudine[m] ista[m] quo ad imponete[m]
tunc intelligendu[m] est de noticia in-
tuitiua vel e[st] de noticia abstracti-
ua que . s[ci]l[icet] e[st] p[er] p[ro]p[ri]as specie[m] obie-
cti genita ab obiecto . Ad secun-
du[m] cu[m] dicit[ur] q[uo]d plus distat intelli-
gibile increatu[m] i[tem] dicit[ur] q[uo]d ve-
rus est in esse non tamen in cognosci-
bilitate .

Ad terciu[m] cu[m] dicit[ur] q[uo]d nihil in-
telligim[us] nisi abstrahedo a fantas-
matibus . si intelligat maior ista
q[uo]d nihil intelligimus nisi cuius spe-
cies p[re]uerint in fantasia falsa est .
quia tunc nihil esset per se intelli-
gibile nisi esset per se sensibile . q[uo]d
nihil aliud facit specie[m] p[ro]p[ri]as
in fantasia . istud aut[em] est falsum
quia anima multas reru[m] quidita-
tes intelligit que non faciunt specie[m]
p[ro]p[ri]as in fantasia . anima enim
seipsas cognoscit et actus suos et in-
tentiones secundas . et multa alia
quoru[m] nullu[m] facit p[ro]p[ri]am spe-
ciem in fantasia . Si aut[em] intelli-
gatur ista maior nihil intelligim[us]
nisi per ordine[m] accipiamus a fan-

tas matibus tūc maior est vera ⁊ minor est falsa.

Ad probationē autē eius de inadæquationē effectus dico q̄ non plus cōcludit nisi q̄ effectus substantie separe nō ducit in cognitiones perfectas sue cause. Sed hoc nō obstante possunt ducere in cognitioz aliquā imperfectas. Ad aliam autē de proportione finiti ad infinitū dico q̄ ly finiti ad infinitū nulla erit proportio cōmensuratōnis. potest tamē esse proportio cognoscentis ad cognitūz siue potentie ad obiectū. talis autem proportio non requirit esse nec in natura nec in modo essendi. nec in natura vel essentia. quia tunc oculi corruptibilis isto modo videret solem ⁊ lunas ⁊ stellas incorruptibiles. Requiritur ergo proportio dissimilitudinis que est inter motiū ⁊ mobile. Si autē corpus potest mouere intellectūz multo magis incorporeū cuiusmodi sunt substantie separe.

Ad quartūz cuius dicitur q̄ quidditas rei materialis est obiectum intellectus ⁊c. patet hoc ex dictis respondendo ad questiones. q̄ per species rerūz materialūz vel sensibilyz cognoscuntur res immateriales. vnde est dictū terciō de anima. capto primo finitūz doctoris

subtilis Scoti. 3^a. dis. primi sententiarūz q̄ quidditas rei materialis vel sensibilis est obiectū intellectus pro statu isto. intelligēdo non solūz de sensibili proprio sed etiā de inclusio essentialiter vel virtualiter in sensibilibus.

Inde ostendit d̄ quomō homines seipos iuuant in cognitionē veritatis. adiuuatur autē vn^o ab altero ad cognitioz dupliciter. vno modo directe. alio mō indirecte. Directe quidem adiuuatur ab his qui veritatez inuenerūt. Nunquā enī fuit Philosophus aliquis ita expertus veritatis quin aliquid verū dixit in libris suis ⁊ aliquid falsum. Ista autē metaphisica post modū collecta in vnū introduxit posteriores ad magnā veritatis cognitionem. Indirecte enī iuuatur in quāz priores errantes circa veritatem posterioribus exercitiū occasionē dederūt vt diligenter discussionē habita veritas limpida appareret. Est autē iustus his a quibus in tanto bono adiuti sum^{us} gratias agamus. ideo dicit q̄ iustus est gratias referre non solum his quos quis existimat veritatem inuenisse quozū opinionibus aliq̄s cōmunicat sequēdo eas sed etiā his

qui superficialiter locuti sunt ad veritatez inuestigādam. Ex quo perpendere possimus q̄ venerari debemus doctores theologie qui mirūz in modūz fidem nostrā suis sacris doctrinis illustrarunt licet circa alias materias varias opiniones habuerint. tamē etiam grates referre debemus philosophis antiquis qui tot absurda in libris suis posuerūt.

Consequenter ostendit Philosophus quomō consideratio veritatis ad primas philosophiā pertinet. quod ex hoc probat. quia est speculatiua ⁊ finis theoretice seu speculative est scire. scientia vero practice finis eius est opus. scientia enī practica inuestigat veritatem nō propter se sed propter operari scientia vero speculatiua propter scire. ideo ad ipsas maxime pertinet cognitio veritatis. inter autem speculatiuas hec maxime pertinet ad metaphisicaz cuius ipsa sit consideratiua primarūz causarū scilicet prime intelligentie ⁊ secundarūz sine quarūz cognitiōe non possum^{us} habere cognitiōes veritatis vt patet ex predictis. Cuius autē cognitio primarūz causarū sit causa veritatis in alijs ipsa in se erit maxima veritas. Quod sic probat. vnum

quodq̄ est maxime ex quo causatur in alijs vniuoce dictūz d̄ illis sicut ignis est causa caloris in elementis. vnde cuius calor dicat vniuoce de igne ⁊ elementatis corporibus sequitur quod ignis sit calidissimus. Cuius igitur principia sempiternorū sunt causa veritatis vniuoce in alijs cuius veritas sit eiusdem ratiois in omnibus sequitur quod ipsa erit verissima.

Notandū quod per principia sempiternorum hic intelligit Philosophus principia incomplexa. idest primas causas idest ipsas intelligentias q̄ sunt principia sempiternorū idest corporūz supercelestium ⁊ quantum ad esse ⁊ quantum ad moueri. que quidem probat esse causas veritatis in alijs eo quod sunt cause entis. Sicut autē res se habent ad esse ita ad cognosci. vt hic dicit Aristoteles. huiusmodi autem principia sunt verissima idest de se maxime cognoscibilia ⁊ manifestissima ad intellectum.

Notandūz secundūz Philosophum primo posteriorum. propter quod vnumquodque tale ⁊ illud magis. Que quidem auctoritas quia sepe allegatur in philosophia in theologia in metaphisica ⁊ in logica. L. p

est tamē aliqua declarāda. et sic potest intelligi. illud est magis propter unūquodque est tale. ut quod conclusio est evidēs ex principio ideo principium est magis evidēs unde illi est magis credēdus. Ad veritates autē illius propositōis oportet quod predicatus quod cōuenit alicui pro aliis quas causas cōueniat et illi cause. Et ideo nō sequitur ista superiora sūt generabilia et corruptibilia propter singularia ergo singularia sūt magis generabilia. quia talia predicata non cōueniūt superioribus. Item requiritur quod illud quod est causa talis causati sit causa p̄cisa talis predicati. Cū nō sequitur domus ē solida propter domificatōrē ergo domificator est magis solidus. soliditas enim nō inest domui p̄cise a domificatore sed a soliditate suarū partium. Item nō tenet in causis accidentaliter ordinatis. Nō sequitur sor. ē homo propter platonē. ergo plato ē magis bonus. Dicuntur autē cause accidentaliter ordinate quia vna dependet ab alia in essendo sed nō in cōdō. ut filius sed habeat esse a p̄re potest tamen generare p̄re mortuo. In causis vero essentialiter ordinatis est dependētia et in esse et in causare. ut deus sol et homo generat homines. inferior enim causat in virtute superioris. quod est intelligēdus secundum Scotum. prima

dis. quarti. non quia causa secūda in vno ordine agat. sed dicitur agere in virtute alterius. quia virtus agētis dependentis nō sufficit sine virtute illius a quo dependet. Quia vero si cause in infinitis p̄cederēt tunc non essent primæ cause. et sic metaphisica non cōsiderat primas causas. cuius oppositum dictum est prius. Ideo ad hoc remouendū ostēdit quod nō est processus in infinitum in causis. Et primo ostēdit quod non est processus in infinitis in causis efficiētibus indirectis. ut quod a. causaret a. b. et b. a. c. et sic in infinitis. sed est deuenire in vna primū principium. Et potest talis ratio formari. causa ut causa habet rationes principij. si igitur cause essent vel sint infinite nō est dare primam nec prosequens ultimam. vtrunque repugnat rationi infinitatis. et sic erūt omēs medie. tota ergo vniuersitas causatorum essentialiter ordinatorum est causata. vel igitur ab aliqua causa sui ordinis et vniuersitatis. vel ab aliqua causa que non ē aliquid illius vniuersitatis. nō primo modo. quia tunc illa esset causa sui cuius tota illa vniuersitas ponatur causata. ergo secundo modo. nam vniuersitas dependentium dependet ab aliquo istius vniuersitatis. ista ergo causa a

2 met. 18
qua dependet erit prima et essentialiter ordinata. et sic habetur propositum. Secūdo ostēdit quod nō est processus in infinitum in causis materialibus ut quod ignis fiat ex aere et aer ex terra et sic in infinitum. Est enim deuenire ad vnam primam materiam que ē vna secundum rationes respectu omnium formarum ut habet pro de generatōe. et est eade numero in generato et corrupto que quod materia licet habeat esse ab eterno secundum Thomam. tamē secundum fidem nostram et rei veritatem fuit in principio mundi creata. Sic enim exponit illud Beati. primo. In principio creauit deus celum. scilicet empireum plenum angelis et terras id est materiam nō informem id est materiam primam.

Querit an eade sit materia contrariorum. Respondeo secundum Thomam primo modo de generatōe quod sic. quia cum contraria generantur ex se inuicem ut ex aqua generat ignis oportet quod sit vna materia illorum. ita quod cum generatur ignis et quod definit esse forma aque et corrumpitur. Eade enim materia numero que erat sub forma aque in eodē instanti habet esse sub forma ignis ita quod corruptio vnius est generatio alterius et e converso.

Nota tamē secundum Scotum dis.

secūda quarti sententiarum quod licet sit vna materia numero in generato et corrupto nō tamē in duobus generatis simul existētibus. Alia est enim materia numero in ente et in materia. et sic debet intelligi dictum philosophi ibi. quia materia est quid omnino indistincta. quod est verum secundum rationes. quia. scilicet est vnius rationis.

Tercio hoc ostēdit in causis finalibus. et hoc sic. finis ē illud quod non est propter alia sed alia sunt propter ipsum. aut igitur aliquid est tale aut nihil. et si quidem sunt aliquid tale illud erit vltimum in genere finium. et sic nō p̄cedet in infinitis. Si autē nihil inueniat tale finis nō erit. et ita tolletur hoc generatio quod dicitur causa causarum

Notandum quod finis potest dupliciter accipi. vno modo pro termino duratōnis rei. ut mors vel pestis dicitur finis hominis. hoc enim modo finis nō habet rationem cause. Alio modo sumitur finis pro illo quod mouet efficiēs ad agendū seu ad quod eius operatio ordinatur. et hoc modo finis est causa.

Notandum quod finis dicitur pro causa in intentione. quia primo occurrit in intentione efficiētis. et dicitur vltima in executōe. Quarto ostēdit quod non est processus in infi

nitus in causis formalibus.

Notandum quod causa materialis est ex qua cuius aliquo fit aliquid. quod ex materia et forma fit compositum primo philosophorum. In qua diffinitione intelligitur causa loco generis residuum vero ponit ad differentiam aliarum causarum. ex fine enim et efficiente non fit compositum cuius ille sunt cause extrinsece. Causa efficiens est a qua fit primo motus ut effectus producat in esse. ut domificator mouet et operatur ad hoc quod domus fiat. Causa finalis est cuius gratia aliquid fit. ut domus fit ad conservandum nos a pluuia etc. Causa formalis est que dat esse rei et conseruat eam in esse. qua habita res dicitur esse. ea vero absente dicitur non esse.

Circa quod notandum quod si diffinitio includat formam et materiam tamen principaliter sumitur a forma que est principium essendi et constituendi et cognoscendi. unumquodque enim constituitur in specie per propriam formam. et ideo forma vocatur a philosopho quia quid est sine diffinitio. diffinitiones etiam vocantur communiter rationes formales.

Ex hoc etiam patet quod tota diffinitio debet habere rationem forme respectu diffinitio. Idem igitur

accipit processum in formis secundum processum in diffinitionibus in quibus una pars est prior altera sicut genus est prior differentia et differentiarum una est prior altera. et ideo ipse volens ostendere quod non est processus in infinitum in causis formalibus probat quod non est processus in infinitum in partibus diffinitionibus. Et hoc sic. Impossibile est aliquid sciri priusquam pueniatur ad individua per individuum accipit ipsa species specialissima que non diuiditur per differentias essentielles vel ipsa puncta superiora que non sunt resolvable in alios conceptus ut ens. et patet per hoc quod non est processus in infinitum in diffinitionibus nec in sursum nec in deorsum. quod non in deorsum quod non habet perfectam cognitionem de re nisi cognoscatur secundum rationem speciei. Cognitionis enim sola in vniuersali est confusa et imperfecta. Si igitur ponatur processus in infinitum in forma deorsum destruetur perfecta cognitio de re cum infinitum in quantum bonum non apprehendatur ab intellectu. Sicut non habet perfectam cognitionem de re nisi cognoscatur omnia predicata superiora. ipsis enim ignotis impossibile est inferiora scire perfecte. cuius in quo libet inferiori includatur ut conceptus entis substantie corporis animalis hominis in sorte. Si igitur sit processus

in infinitum in sursum in causis formalibus nihil perfecte scietur ut prius arguitur est. Item unumquodque cognoscitur per intellectum sue forme. si cause formales sunt infinite non poterunt intelligi. quod infinitum incipit huius non comprehenditur in intellectu. ergo ista positio vniuersaliter destruit cognitiones.

Postquam ostendit Idem quod non est processus in infinitum in causis in directis ostendit etiam quod non sunt infinite species causarum. et hoc sic. tunc putamus nos aliquid scire cum cognoscimus omnes eius causas. si si sunt infinite species earum non erit pertransire istam infinitatem ita quod possint omnes cause cognosci. ergo etiam per istum modum excludetur cognitio rerum.

Circa predicta notandum quod ut dicit Scotus in hoc secundo. et 2^a diff. primi sententiarum. Causarum quodam sunt per se et quedam per accidens. voco causas per se que secundum naturam suas causant et non secundum aliud sibi accidens dicitur causare. voco autem causam per accidens que non causat nisi quia coniuncta cause per se. Exemplum primi edificator edificat et homo generat hominem. Exemplum secundi musicum edificat et albus generat.

Secunda distinctio est ista causarum quedam sunt essentialiter ordinate quedam non sed accidentaliter. Exemplum primi deus homo et sol sunt cause hominis generati. Exemplum secundi auus et pater sunt causa in filiis. Differt autem hec distinctio a prima. quia aliud est loqui de causis per se et per accidens. et aliud est loqui de causis essentialiter et accidentaliter ordinatis. nam in prima divisione est tantum compositio unius ad unum scilicet cause ad causatum. in secunda autem est duarum vel plurium causarum inter se in quantum a se est unum causatum.

Notandum etiam quod cause essentialiter ordinate ab accidentaliter ordinatis tripliciter differunt. prima differentia est quod in causis essentialiter ordinatis 2^a incipit dependet a prima. unum non agit nisi in virtute prime. unum in accidentaliter ordinatis 2^a non dependet a prima in quantum causat sed dependet in esse suo ut patet de filio qui potest generare pre mortuo. Secunda differentia est quod in causis essentialiter ordinatis est causalitas alteri et alteri rationis et alteri ordinis. quod superior est perfectior. si in accidentaliter ordinatis non est sic. ista differentia sequitur ex prima. quod nulla causa essentialiter dependet a causa eiusdem ordinis. quia in causatione aliquid sufficit unum unum rationis.

Ex ista differentia sequitur manifeste quod cause essentialiter ordinate sunt alterius et alterius speciei. cause accidentaliter ordinate sunt eiusdem speciei. Tercia differentia est quod omnes cause essentialiter ordinate simul concurrunt et requiruntur ad causandum effectum, alioquin aliqua per se causaliter deesset effectui siue aliqua causalitas. Sed in accidentaliter ordinatis non necessario requiruntur simultas omnium causarum in causando. et hec differentia tertia sequitur ex prima et secunda sed non sit processus in infinitum in causis essentialiter ordinatis, et ut probatum est prius, bene tamen est processus in infinitum in accidentaliter ordinatis secundum viam philosophi qui posuit quod generatio non qua incepit, et per omnes fuerunt generationes infinite, sed quilibet generatio habet causas proprias efficientem primam et finem et materiam in his que generantur per secundam propagationem et forma est terminus cuiuslibet, et sic sunt cause infinite accidentaliter ordinate non tamen essentialiter. Et si arguas quod est sit processus in infinitum in essentialiter ordinatis, quod inter primum efficiens et quodlibet aliud efficiens est distantia infinita ergo potest accipi in ea infinita, autem potest quod primum efficiens est infinitum, alia autem efficiens

etiam sunt finita, in autem finitum et infinitum est distantia infinita, probatio contra, quod quanto aliquid magis distat tanto sunt plura media inter illa.

Respondeo quod duplex est distantia, quedam dimensiva et quedam per se, si loquamur de distantia perfectio sic concedo autem, sed tunc nego autem, sicut patet de contrariis que maxime distat tali distantia, et tamen sunt aliqua contraria non habentia medium, ad probationem contra patet quod procedit de distantia dimensiva de qua anteceditur est negandum sicut patet de se, quia inter deum et creaturam non est distantia localis vel dimensionis sed per se, etiam.

Notandum vero quod causa dividitur in efficientes formales finales et materiales, cuius divisionis sufficientia sic potest haberi, quia causa vel est extrinseca vel intrinseca effectui, si intrinseca hoc dupliciter, quia vel dat esse et sic est forma, vel est in potentia ad esse sic est materia, si extrinseca vel est prior intentione et sic est finis, vel est posterior executione et sic est efficiens.

Notandum insuper quod de eodem potest tractari in diversis scientiis sed variis rationibus.

2. met.
ut de causis tractatur in metaphisica in quantum sunt principia entium in philosophia in quantum sunt principia motus et rerum naturalium, in logica vero in quantum ex habitudine cause ad effectum sumitur locus dialecticus. Consequenter ostendit philosophus modum procedendi in inquisitione veritatis dicendo quod cum non sit facile quod homo duo capiat, sed dum ad duo attendit neutrum capere potest, absurdum est enim quod homo simul querat cognoscere scientias et modum sciendi qui convenit scientie, quod potest quia homo debet prius addiscere logicam quam alias scientias, quia logica tradit commune modum procedendi in scientiis omnibus, modus autem proprius singularium causarum in scientiis singularibus circa principium traditur debet, Deinde ostendit quod diligens et certa ratio sicut est in mathematicis non debet requiri in omnibus rebus de quibus sunt scientie, sed debet solum requiri in his que non habent materiam, illa enim que habent materiam subiecta sunt motui et variatiori, et ideo non potest in eis omnimoda certitudo haberi, querit enim in eis non quod semper sit necessitate sed quod sit ut in philosophis, immaterialia vero sunt seipsa sunt certissima, quia sunt immobilia, sed illa que in sua natura sunt immaterialia non

sunt certa nobis propter defectum intellectus nostri ut supra dictum est huiusmodi autem sunt substantie se pate igitur etc.

Queritur utrum celum sit compositus ex materia et forma, pro quo notandum secundum philosophum primo celi et mundi quod celus est ingenerabile et incorruptibile, Ex quo sequitur quod non est compositus ex materia et forma, sed est quedam essentia simplex probat autem, viii, metaphisice dicitur, Non omnis rei est materia sed quorum est generatio et transmutatio ad invicem hec habent materias.

Ad cuius evidentiam est sciendum ut dicit Scotus dist. xiiii, secundum finem quod aliter est dicendum de hac materia secundum philosophum et aliter secundum theologos, philosophus enim dicitur quod in celo non est materia et forma ut potest auctoritate pallegata, quod sequitur ipsius esse corruptibile, tunc quod omnis potentia passiva est potentia contradictionis sed celus est sempiternus secundum philosophum ergo in eo non est materia, tunc quia materie est annexa privatio que machinat ad maleficium prior philosophi corporum, tunc etiam materia est qua res potest esse et non esse, vii, metaphisice, Respondeo vno modo quod in celo est materia non tamen est corruptibile, et ideo remanet incorruptibile, quod ostendit quod corruptitur a suo contrario corruptum

Contra ista solutio nō enadit
quin celus sit corruptibile quantū
est de se. quia habebit in se princi
piū corruptōis. s. materiā. tum qz
fm Dm omni⁹ potentie adie cor
respōdet aliqua potētia passiva ⁊
ecōtra. si igit celus est corruptibile
in se. ergo est aliqō agens qd pos
set euz corrūpere.

Aliter respōdet qz in celo ē ma
teria non tamē eiusdē rōis cū istis
inferioribus. nec tamē pōt quantū
est de se trāsmutari de vna forma
ad aliā.

Contra si sic hoc videt incōue
niēs. ⁊ cōtra illud quod dī qz vna
est materia eiusdē rōis hīc ⁊ ibī.
qz als essent due materie prie alte
rius ⁊ alteri⁹ rōis. cū est fallum
tum qz non sunt duo fines primo
nec duo efficiētes alterius ⁊ alteri
us rōis. igit sī nec due matie p^o
alci⁹ ⁊ alci⁹ rōis. Dno qdē diffi
cile vī assignat vt sit alteritas ista
ratiōis in hac materia ⁊ in illa. tū
qz dubiū est vnde sit ista alteritas
materie cū forma distinguit ⁊ se
pat. vij^o. metaphice. tū qz cōcessa
illa alteritate in materia salte in
celo est in potētia ad hanc formā
⁊ ad priuatōnez hui⁹. ⁊ ita erit in
potētia cōtradictōis. sed materia
est ratio corrūpendi quātū est in

potentia ad priuatōnez forme quā
habet. ergo celus erit corruptibile

Aliter respondet qz in celo est
materia ⁊ eiusdēz ratiōis cū istis
inferioribus non tamē est in potē
tia cōtradictōis. qz forma ei⁹ com
plet ⁊ satiat totū appetitū suuz re
spēctū alterius forme.

Contra nulla forma cōplet ap
petitūz sue materie. qz formaliter
vel saltē virtualr cōtinet in se om
nes formas quib⁹ sua materia est
priuata. sed forma celi non est hu
iusmodi. pbatio minoris ⁊ qz nō
formaliter patet de se. qz non vir
tualiter patet de aia intellectiua.
nulluz enī impfctū cōtinet virtua
liter aliquid pfctius se. anima at
intellectia est forma pfctissima om
niū corporaliū.

Ex predictis sequit correlative
vt dicit doctor subtilis Sco. dis.
ix^o. secūdi sūiaz qz corpus celeste
non est aniatus fm viaz Philoso
phi. qz sic necessario haberet ma
teriaz. cū anima sit actus corpis
organici. Itēz vel esset anima
tū forma anime intellectiue tantū
vel non. sed cū hoc alia anima pu
ta sensitivū. sed quicquid des leg
tur qz habere materia cū anima
sit actus ⁊. ⁊ p cōsequēs corrupti
bile. Itēz vel celus esset tantū ma
teria vel cum eo esset aliquid aliō

per se dicitur per animā. primūz dī
ci non potest. quia cū celus sit quā
tūz sequitur qz intellectus esset quā
tus. nec secūduz. quia tūc celum es
set in potentia passiva. ⁊ potentia
cōtradictōis ⁊ non esset sempiternū

Sed cōtra secundo celi ⁊ mū
di ⁊ duodecimo metaphice dī
cit celus esse animatum. Respon
deo si Dm ponat celus esse aia
tūz forma que sit de essentia celi
cōtradicit sibi vt patet ex pceden
tibus. ideo oportet eū exponere.

Pro quo notandūz qz animā
habet duplex officiū respēctū cor
poris. scilicet informādi ⁊ mouen
di. quia est forma corporis ⁊ mo
trix eius. vbiqz igitur loquit
philosophus de anima celi expo
nedus est fm cōditionez qua ani
ma est motrix eius ⁊ non forma.
⁊ ista anima est intellectiua ppria
cōiuncta huic orbi vt propria mo
trix. ⁊ talis non est nisi vnica vni
us ita quod cōiungitur orbi in ra
tione motricis ⁊ non in ratione in
formantis. Quod hīc sit intelle
ctus Philoſophi posset probari
ex octauo phisicorūz vbi dicit qz
primūz mobile diuiditur in duo.
quorūz vnūz per se mouetur ⁊ ali
ud per se mouet. ⁊ est immobile p
se ⁊ per accidens. illud quod mo

uetur est celus sed mouēs immobi
le est intelligentia. que si esset for
ma celi tunc saltez moueretur per
accidens scilicet ad motūz celi vt
sicut anima hūana mouetur per
accidēs ad motū corpis per se.

Si autēz loquamur fm viam
theologorū sic est dicendūz qz cor
pus celeste est vere compositū ex
materia ⁊ forma. Sic enim expo
nūt illud Genesīs primo. In prin
cipio creauit deus celus idest celū
empireuz plenū angelis. ⁊ terram
idest materiā informez omniū vsqz
ad celus empireuz. ⁊ ita materia
quātūz est de se est eiusdēz ratiōis
in omnibus.

Sed tunc est dubiū quō celus
est incorruptibile si hz materiā ei⁹
dēz rōis cū istis inferioribus.
Rūdeo qz celū est simplr incorru
ptibile cū hēat materiā mediante
qua pōt esse ⁊ nō esse. vñ theologi
habēt discordari a phīs in hac p
positōe qua. s. dicūt celus ē incor
ruptibile ⁊ necessariū. Et si qras
igitur potest corrumpi. respōdeo
qz celus simplr est corruptibile fm
quid. tamen est incorruptibile vt
patet auctoritate Damasceni dicē
tis quod celum est corruptibile d
se. tū volūitate dei ē incorruptibile

quia deus illā non vult corrumpere
 sed ppetuo cōseruare ppter suos
 electos amicos qui sua tota volu-
 ptuositate gaudent et gaudebūt in
 secula seculorū. Ratōe etiā potest
 pbari. tūz qz celuz non hz cōtrari-
 uz agens potēs vincere et formā
 tum quia forma eius nibil est alte-
 rius rōis a formis elemētoruz vel
 non. si sic igit forma celi non est ca-
 pa cōtrariarū qualitatur. et iō nō
 est corruptibile nec alicrabile per
 naturā. celuz vero nec est caliduz
 nec frigiduz nec humidū nec siccū
 formaliter. tales eni impssiōes nō
 sunt formalitē in corpibus celestibz
 sed vtualiter. sicut sol dicit caliduz
 qz causat calorē i istis inferioribz
 Et similiter saturnuz dicit frigiduz
 ex luna humidā vtualiter vt patz
 in plenilunio. tūc eni magis ē ple-
 na. et cuz luna est in dcremēto sui
 luminis mare decrefcit. et cū fuerit
 diminutū iteruz incipit augeri. sic
 qz cuz est i nouilunio rursus plenu
 efficitur. Si igit querit vtrū ce-
 luz sit aiatur fm vias theologozū
 Respōdendū est qz non vt patz p
 Damascenū dicētes corpa celestia
 inaiata esse celestia. Itēz glosa su-
 per illud ysaie. audite celi et ter-
 ra que loquar. dicit qz ppheta nō
 alloquit inaiatur. s. celuz et terraz
 sed tātz hitatores celi et terre zc.

Explicit secundus incipit tercius
 metaphisice.

Ecesse est

eniz ad scientiam zc.

Postquaz Dbus in
 secūdo libro ostēdit moduz consi-
 derande veritatis. hic pcedit ad
 veritatē cōsideratōis. Ad quod in
 hoc toto terciō libro procedit mo-
 do disputatio plura dubia mouē-
 do et ad vtranqz partē arguendo
 qz vero d̄ his que hic mouet nibil
 hic determinat s̄ de ipsis in libris
 posterioribus determinabit. iō hic
 p̄cise tangā duo que in hoc terciō
 dicit. Primū est qz Aristo. mouz
 hic dubiū an quelibet sciētia hēat
 demonstrari p omia genera causa-
 ru. Circa quod p̄io dicit qz i im-
 mobilibus idest in mathematicis
 que nō mouēt nec mouētur sed ab-
 strahūt a motu idest a mat̄ia sen-
 sibili non est efficiēs nec finis. non
 eni est in his efficiēs sine motu vt
 ē ipse deus nec efficiēs p motū vt
 est omne aliud efficiēs a deo. cum
 huiusmōi ut sic non habeat aliqd
 esse reale. Itē in eis non est finis
 quod est bonū fm se in quod scilz
 alia ordīnāta licet bene repiatur
 in eis ratio boni eo mō quo sūt en-
 tia et ordinātur in ultimū finē. In
 phisicis autēz possunt repiri omia

genera causarū. vnde causa effici-
 ens domus est principiū moruz vt
 est domificator. causa vero finalis
 est habitudo siue usus ipsius. cau-
 sa vero materialis sunt ligna lapi-
 des et cementū zc. causa vō forma-
 lis est ipsa domus. in metaphisi-
 cis autē reperitur causa efficiēs cuz
 ibi cōsiderētur p̄ime cause. repe-
 ritur et causa finalis cū ibi tractē-
 tur de p̄ima intelligētia que est fi-
 nis oim. reperitur et causa formalis
 cū ibi cōsiderētur rerū q̄ditates q̄
 maxime sumūtur a forma que est
 principiū cognoscēdi. materia at
 ibi non cōsiderat nisi sub rōne en-
 tis. Secunduz quod hic tange-
 mus est qz Aristo. dicit qz ens non
 est genus. qz ens p̄dicat de diffe-
 rentijs genus at nō p̄dicat de dif-
 ferētis. quod sic expōit Thomas
 Genus inquit non p̄dicat p se de
 differētia. qz differētia nō poitur
 in diffinitōe generis nec genus in
 diffinitōe differētie. ens autem p̄-
 dicatur de differētis. quod sic ex-
 ponit a Scoto d̄. terciā primū
 sentētiarū qōne prima qua querit
 vtrū deus sit obiectū adequatum
 respectu intellectū viatoris in fine
 ubi dicit qz duplex est differētia
 quedā eni pōt sumi a pte eēntiali
 ultima que est res et nulla alia ab
 illo aliquo sumit cōceptū generis.

sic ponat plalitas formarū. et ge-
 dicatur siue a pte essentiali p̄iozi
 et d̄ia specifica a forma ultima
 tunc sicut dicit in quid de ista p-
 te essentiali a qua sumitur differē-
 tia specifica ita dicit in quid de
 tali differētia in absoluto. ita qd
 sicut hec est in quid anima intelle-
 ctua est ens accipiēdo eundē con-
 ceptū fm quē dicit de hoie vel d̄
 albedine ita hec est in quid ratio
 nalitas est ens si rōnalitas sit talis
 differētia. sed nulla talis differen-
 tia est vltima. qz in tali cōtinentur
 realitates plures distinde ex natu-
 ra rei. et tunc talis natura pōt com-
 cipi fm aliquid hoc est fm aliquā
 realitatē et p̄fectōez et fm aliquam
 ignozari. et ideo talis nature cōce-
 ptus nō est simplr simplex. s̄ rea-
 litas siue p̄fectio realis talis natu-
 re a qua vltima realitate sumitur
 vltima differētia est oio simplicē
 simplex. et ita realitas nō includit
 ens quiditatē sed habet cōceptuz
 simplr simplicē vnde ista realitas
 sit. a. hec nō est vera. a. inquatū. a
 est ens. sed est p accidēs. et hoc si-
 ue. a. dicat illā rālitatē siue d̄iaz
 in absoluto sumptaz a tali realita-
 te. qz igit ens dicit in quid de ali-
 quibus differētis sequit qz ens nō
 potest esse genus ppter nimiaz cō-
 munitatē entis. nullū ē genus d̄

i mutatiōe ēris. nullā. n. gen^o dicit^r
de aliqua d^oria inferiori in quid
nec de illa que sumit a forma nec
illa que sumit ab ultima realitate
forme. qz semp illud a quo sumit
concept^o generis fm se est poten
tiale ad illaz realitatē a qua sumi
tur cōcept^o d^orie sicut ad illaz for
mā si differētia sumat a forma.

Ex quibus colligi pōt qz ens n̄
est genus. ponaz tamē alias duas
rōes fm m^og^om Nicolāi bouetuz
in p^oio metaphisice sue. Prima ē
qz gen^o p^odicatur de quib^o p^odica
tur ut ps eēntial. qz ē ps mālis se
habēs p modū materie in diffini
tōe rei. 7 nihil cadit in diffinitōe
tanq̄ ps qu sit eēntiale. ut p^oz per
porphiriū. s3 ens de nullo p^odica^t
ut ps eēntialis qz nō ē pars. ratio
ei^o ē qz oē totū est maius sua pre.
si igit ens est3 ps aliqd est3 maius
ente. 7 sic ens nō circuiret totaz la
titudinēz rerū. Secūda ratio ē qz
sit quiditas finita 7 qz finitas eaz
sequat tanq̄ modus intrinsec^o e^o
ens autez non est finitus.

Juxta predicta pōt dubitari
an gen^o p^odica^t p se de d^oria vide
tur qz sic. qz ratio est p se rōnalis.
ergo rōnale est p se hō. ergo ratio
nale est p se aial. p^oia cōia pba ē.
qz ppositio necessaria cōuertit in
necessariā ex p^oio posteriorē. igit

p se in perse. si igit rōnale p se ē hō
seq^o qz p se ē aial. fa cōia pbat qz
hō p se est aial igit per se est ratio
nalis. ergo rōnale p se est aial. ista
illatio pbat. qz sicut ex pmissis ne
cessarijs sequit^r cōclusio necessaria.
sic ex p se seq^o cōclusio p se. pre
rea. vij^o. b^o habet qz quādo aliqd
p se p^oimo mō de aliquo in cōcre
to p^odica^tur omne vñū per se dici
tur de alio in absoluto. iste igitur
sunt vere humāitas est rōnalitas
7 humāitas ē aialitas. qz iste sūt
per se p^oio mō dicēdo rōnale est
aial. preterea si genus p accidēs
p^odica^t de differentia igit p accidēs
p^odica^t de spē. cōis ē fallū igit
7 aīs. pbatō cōie qñ aliqd p^odica
tur de aliquo p accidēs p^odica^tur
p accidēs de quocūqz in quo ill^o
formalr includit. d^oria at formalr
includit in spē. igit si gen^o p^odica^t
p accidēs de d^oria 7 per cōis de spē

Contra est D^obus in l^ora. Itē si
sic seq^oretur qz vñū aial est3 multa
cōis est falluz igitur 7 aīs. pbatō
cōie. qz aial 7 rōnale includatur in
ceptu qd ratio spēi puta homis.
aut igitur idē aial importatur p
genus 7 differentiam. aut aliud 7
aliud. si primū igit erit nugatio in
diffinitōe hoīs. si secūdū habetur
pposituz. quia tūc homo erit duo
aialia. Respondeo 7 dico qz gen^o

n on p^odica^tur per se de differētia.
quod patet per Aluic. quito meta
phisice sue vbi dicit qz licet genus
7 differētia p^odica^tur de toto idest
de specie p se non tamē significat
totuz p se. sed genus significat ma
teriale 7 differētia formale. vtrū
qz significat prem. spēs autē se ha
bet p moduz totius. 7 sicut materi
ale est extra formale sic cōceptus
generis ē extra cōceptū differētie.

Ad argumēta. ad primū negā
da ē p^oia cōia. qz ē fallacia cōitis
pleitas enim ppositōis significat
cauz p^odica^t esse in subicō. supe
rius autē non h3 causam quare in
ferius sibi inest sed magis econ
uerso. in subicō igitur potest esse
causa inherētie p^odica^tis. licz in pre
dicato non sit causa qz subicō s3
bi inest. Ad pbatōnē dico qz non
valet similitudo de ppositione neces
saria 7 de ppositione p se. ratio
huius est qz antecedēs non potest
esse verū necessariū nisi cōsequens
sit necessariuz. alioquin posset esse
verum sine alio. ppositio igitur
conuersa non potest esse vera que
se habet vt antecedēs nisi propo
sitiō cōuertens que se habet vt con
sequēs sit etiā necessaria. veruz ta
mē antecedens potest habere cau
sam quare p^odica^tur inest subie
do sed non cōuersio vt dictū est

3 met. 22
alioquin vniuersalis affirmatiō
cōuertetur simpliciter. quia per
se presupponit dici de omni. ppo
sitiō igitur non necessario cōuertit
in per se.

Notandū qz dici de oī est quā
do nihil est sumere sub subicō d^o
quo non dicat p^odica^tū. vt omis
homo currit hic cursus p^odica^tur
de omi homie. Unde tunc in ali
qua p^opositōne est dici de omni
quando scilicet p^odica^tum affir
matur de subicō d^oistributo p
oibus suis suppositis. vt oē aial
currit. oīs homo est aial. ergo oīs
hō currit. An notādū qz tunc ē di
ci de nullo in aliqua ppositōe qñ
p^odica^tur negat^r de subicō d^oistri
buto p signū v^ole negatiū p oīb^o
suis suppositis. tūc eni nihil est su
mere sub subicō de quo nō remo
ueat p^odica^tū. vt nullus hō currit.

Ad secūduz p idēz patet qz licz
ex pmissis nccīs q se hnt vt aīs i
silogismo nō possit sequi nisi cōclio
nccia que se h3 vt cōis aliogn pre
misse possent esse vere sine cōclio
nccia ex pmissis p se pōt sequi cōclio
per accidens licet necessaria.

Contra primo posteriorē dicit^r
qz si p accidens igitur non necessa
rio. Respondeo illud est verū de
accidentibus compatis ad subicō.
D 2

predicatio enim per accidens generis
de differentiis non est aliquis modus
per modum qui opponitur ad necessa-
rium de quo per accidens habet prius
posterius quando videlicet accidens
predicatur de substantia .s. vel substantia de
accidente vel accidens de accidente de ta-
li verum est quod si per accidens non neces-
sarium. dicitur autem non inesse proprie per
accidens generi nisi accipiendo inesse
se alicui per accidens quod est extra
eius conceptum quidditativum et forma-
le vel extraneum ei. et ideo talis pre-
dicatio potest simul stare cum neces-
sario.

Ad tertium dicendum quod premissae
sunt falsae. s. humanitas est rationalitas
et similiter humanitas est animalitas. Ad
probationem dicendum quod duplex est con-
cretio et duplex abstractio. una con-
cretio est ad subiectum puta quoniam ali-
quid denotat aliud quod est extra
sua essentiam et extra suum genus. alia
est ad suppositum quoniam aliquid significat
per modum denotantis suae naturae per
proprietatem. exemplum primum homo est albus al-
bus denotat subiectum quod est extra
essentiam albedinis. exemplum secundum
hec albedo est alba hec albedo de-
notat suppositum albedinis quod est
eiusdem naturae cum ea. Similiter duplex
est abstractio considerans unam a sub-
iecto alia a supposito proprio. ex-
emplum primum albedo abstracta ab ho-

mine. exemplum secundum albedo abstra-
bit ab hac albedine et humanitas
ab hoc homine. Ad formam igitur rationis
dico quod dictum. Nihil septimo huius ve-
rum est de concretis et abstractis 2^o
modo et non proprio. unde si hec est verba hic
homo est homo ista est vera hec huma-
nitas est humanitas. non tamen sic se habet
in concretis et abstractis proprio modo
non enim sequitur si homo est albus igitur
humanitas est albedo. sic ad opposi-
tum non valet homo est rationalis ergo
humanitas est rationalitas. et causa est
quod rationale in concreto ideo dicitur vel
predicatur de homine. quod ratione suppositi si
generaliter per modum totum in abstracto
vero auferitur iste modus et signifi-
cat per modum partis. pars autem non pre-
dicatur de toto quare iste ambiguitas
sunt falsae humanitas est animalitas huma-
nitas est rationalitas. Ad quartum
negotium dicitur ad probationem dicendum quod
maior probationis est vera de predica-
tione per accidens proprie sumpta. quod non est
in aliquo istorum trium modorum qui po-
nuntur proprio posterius de quibus su-
perius dictum est sed ut est per accidens
largo modo eo quod predicatur est extra
essentiam subiecti vel extraneum ratio-
nis eius ut sic per accidens distinguitur con-
tra per se. Circa predicta notandum
secundum magistrum Nicolaum bonetum in proprio
metaphysice suae dicitur est iter hominis
et humanitate ac consilia concreta et

3. met. 23.
absoluta de genere substantie. que
quidem hoc non differunt realiter nec for-
maliter nec aliquo modo ex natura
rei. differunt tamen in hoc solum quod ab-
stractum est impositum ad significan-
dum quidditatem prout per tantum con-
tat precisionem ab omni predicamen-
to posteriori per accidens et per se secun-
do modo sicut equitas est tantum
equitas licet tantum excludit per omni
predicatum posteriori siue per se siue
per accidens. hoc non ab omni predicatum
proprio modo. quia a nullo excludit eam
quod est per se primo includit in ea
sed concretum est nomen impositum ad
significandum penitus eandem quiddita-
tem sed non cum tali precisione hoc ut est
indivisum ad predicata per se et per accidens.
Quia vero dictum est de predicatione
per se et per accidens et predicatum de-
notans aliquo predicatur de substan-
tia per se et aliquando per accidens. ideo
aliquando de predicatione denota-
tiva. Est autem predicatio denotativa
ut dicitur idem doctor tertio metaphysice
sive suae in qua primum dicitur inesse subie-
cto in quadam adiacentia et formali
inherentia. Et ex hoc sequitur quod ipsa
denotat. id est quod subiectum secundum nomen pre-
dicati hoc appellatur. sic quando al-
bedo denotatur inesse subiecto in qua-
dam adiacentia et formali inherentia
tunc subiectum denotat et secundum appella-
tionem sui nominis subiectum dicitur esse albu-

denotans enim et denotatum et deno-
tativum eodem nomine denotant nisi
quod denotativum hoc nomen effectus for-
malis et denotans retinet sibi no-
men forme. Denotatio enim quod dicitur est
intrinsicca et quod dicitur extrinsecca. intrinsicca
est illa in qua primum denotans in-
trinsicce adiacet subiecto sicut albedo
parietem. extrinsecca est illa in qua pre-
dicatum non adiacet intrinsicce. nec est
unicum rei denotate. ut color dicitur
visus denotatio extrinsecca a visu
one que est in oculo. predicatum autem
denotans aliquo per accidens dicitur de
subiecto et est res alia a substantia.
ut homo albus aliquando autem predicatur
in hoc modo dicitur per se et est idem realiter
cum subiecto. ut homo est risi-
bilis. aliquando predicatur in pri-
mo modo dicitur per se et tamen cum hoc
predicatur denotative ut homo est anima-
tus. et hoc concordat dicto Scoti
xii. dist. secundum iniaz. et 3. questione
quolibetorum. Non solum est predicatio
denotativa accidentis ad subiectum sed
est forme ad suppositum proprie natu-
re. unde ista est denotativa et in primo
modo dicitur per se homo est animatus
hoc ista sit per accidens corpus est anima-
tus accipiendo per accidens per extra-
neo. aliquando denotatum est idem re-
aliter cum subiecto non tamen idem
primo nec secundo modo sicut differen-
tia de genere et conversio. Itz

notandū q̄ abstractū dicitur p̄ncipi
pale 7 cōcretū dicitur sumptus. q̄a
sumit ab abstracto vt albus ab al
bedine. 7 dicitur cōiugata p̄pter
cōnexionē quā habet ad inuicem.
Significat enī idem licet differat in
modo significandi. q̄ cōcretū sig
nificat formā cuius cadētia seu inbe
rētia ad subiectū v̄l forme ad sup
positū quod denotat s̄m Scotus
xij. dif. secūdi s̄niaz. nō autem ab
stratū. Est autē quedā alia p̄di
catio qua v̄nūt theologi in diuis
que dicitur idētica. Ad cuius enī
dentia sciēduz est q̄ eēntiale in di
uinis s̄m Scotus in p̄ria q̄ōe quo
libetorū. nō distinguūt cōtra acci
dēntiale eo modo quo sumit a phi
losophis de quo dictū est in p̄rio
caplo de p̄prio. sed distinguūt cō
tra notionale. v̄nde quia essentia
diuina est v̄na nūero in tribus p̄lo
nis illud dicitur essentiale q̄d est s̄se
essentie in mō predicādi 7 cōitate
reali. 7 sic illa dicitur eēntialia q̄
sunt cōia tribus p̄sonis vt potētia
sapientia bonitas &c. Notionalia
vero dicunt illa p̄ que notificatur
distinctio p̄sonaz diuinaz vt pa
ternitas filiatio spiratio &c. 7 talia
nō sunt cōia tribus p̄sonis. ipsa autē
eēntialia sunt formāl̄ infinita. no
tionalia vero nō sunt infinita nisi
rōe idētitatis cū essentia. p̄dicatio

igit abstractū d̄ abstracto vbi vnū
extremū vel ambo sunt infinita est
vera idēntice. vt sapiētia est hōi
tas vel sapiētia est p̄nititas. q̄ infini
tūm idēntificat sibi quodcūqz
sibi cōpossibile. quod p̄batur. q̄a
infinitū non est cōpossibile. omne
enī quod potest aliquo mō cōpo
ni pōt esse p̄ se 7 p̄ se 7 p̄ cōsequē
excedi. quia totū est maius sua p̄
te. non esset autē oīo incōpossibile
ad aliq̄od incompossibile sibi in
eodē supposito si nō esset oīo idēz
sibi. q̄ tūc esset sibi aliq̄d p̄posito sal
tez adus 7 potētie. infinitū igit idē
ntificat sibi q̄d cūqz sibi cōpossibi
le. ista autē p̄nititas est filiatio nō
est vera idēntice. q̄ neutrus est for
māl̄ infinitū. de quo magis pate
bit in theologia. Assignatur autē
coiter quatuor notōes. s̄. inuiscibi
litas generatio passiuā spiratio ac
tia spiratio passiuā. inuiscibilitas
cōuenit solū patri. solū enī pater
est ingēnitus vel inuiscibil̄ cum so
lus pater subsistēs nō p̄ductū. ge
neratio actiua seu p̄nititas q̄d idē
est ēt soli patri cōuenit. generatio
vero passiuā seu filiatio cōuenit so
li filio. spiratio v̄o actiua cōuenit
patri 7 filio. spiratio vero passiuā
soli sp̄i s̄cto cōuenit. de hac etia
dic̄ m̄gr̄ Nicolaus boneti 3^o meta
pbice sue. P̄dicatio idēntice est

quādo subiectū 7 p̄dicatū sunt idēz
7 h̄z duos gradus sub se. primus
est q̄n̄ subiectū 7 p̄dicatū sūt omni
no idē ex natura rei. vt hō est hō.
dauid est dauid. alius gradus est
q̄n̄ subiectū 7 p̄dicatū sunt aliquā
ter idē 7 aliquālr̄ nō idē. aliquālr̄
ter dico idēz q̄ sunt idēz idēntitate
relatiua 7 aliquālr̄ nō idēz. q̄ nō
sunt idēz indiuisiōne absoluta. exē
pluz rōnale est aīal homo est aīal
in v̄traqz p̄dicatū est nō idē subie
cto idēntitate absoluta. s̄ bene sunt
idem idēntitate relatiua. Est autēz
adhuc s̄m eius alia p̄dicatio idēnti
ce idēntice. 7 est illa quādo subiectū
7 p̄dicatū habēt aliquā idēntitatez
in aliquo tercio que est causa idē
titatis eorū inter se. Exēpluz albū
est dulce est p̄dicatio idēntice idē
ntice p̄pter idēntitatem earum in la
te. Et sic patet q̄ p̄dicatio idē
ntice idēntice dependet a p̄dica
tione idēntice. quia si extrema nō
essent idēntice in tercio non ef
sent idē inter se idēntice idēntice.

Insup notandū est s̄m eundēz
q̄ indiuisio est duplex. quod enīz
nos vocam^{us} indiuisiōnez aliq̄ scilz
sanctus Thomas 7 Albertus vo
cant v̄nionē. quedā ē absoluta 7 ē
illa que est resp̄cū sui 7 ad se. 7 sic

quodlibet ens est indiuisū a se 7 di
uisū ab omni alio quod nō est ip
sum. alia est diuisio siue indiuisio
relatiua que est qua aliq̄d ab alio
est indiuisū. 7 dicitur relatiua p̄ tā
to q̄ est resp̄cū alteri. 7 trigit tri
p̄r. vno mō aliq̄d h̄nt indiuisiōnez re
latiua sic q̄ sūt actu indiuisa possi
bilia tamē diuidi ex p̄te v̄triusqz
extremi. sic sūt p̄tes cōtinui 7 mul
ta alia. alio mō aliqua h̄nt indiuisi
ōnez sic q̄ actu sunt indiuisa p̄nt
tū diuidi 7 hoc solū ex p̄te vnus
extremi ut s̄ba 7 accūs fundamē
tū 7 relatio. s̄. n. s̄ba possz ēē sine
accūs sic p̄ri^{us} sine suo posteriori.
nō tū accūs possz ēē sine s̄ba nāl̄
loquēdo sup̄nāl̄it loquēdo nō repu
gnat vt puta in sacro altaris. t̄cio
aliq̄ sic sunt indiuisa q̄ n̄ p̄nt ex p̄
te alie^{re} extrēi diuidi. v̄n̄ s̄m p̄les
ātriquos p̄hos celū 7 intelligētia sic
sunt indiuisa. Circa q̄d notan
duz q̄ iste indiuisiōes sic se habēt
ad inuicēz q̄ quecūqz h̄nt indiuisi
ōnē s̄p̄ectiua habēt 7 absolutā s̄z
nō eōnverso. in vna enī re p̄nt p̄les
indiuisiōes relatiue se cōpati resp̄
ctu diuersorū. vt hō resp̄cū aīalis
resp̄cū rōalis. resp̄cū corp̄is aīati.
corp̄is substātie 7 entis 7 resp̄cū
suarum propriarū passionū. nō
autēz sic de indiuisiōne absoluta.

Impossibile est enim aliquam rem habere plures indiuisiones absolute que una. quod est respectu unius ad se. et nulla res respectu sui ipsius habet plures indiuisiones que una sed respectu aliorum habet plures sicut iam supra predicti. Dec Bonetus.

Incipit expositio quarti libri metaphisice.

Et scien

tia que speculatur ens inquantum ens et ea que huic in sunt per se. in precedenti libro Philosophus disputatiue processit ad his que debent in hac scientia considerari. hic incipit procedere demonstratione determinando veritatem questionum motarum. et quod prius oportet cognoscere modum scientie que procedere in scientia id primo stabilit subiectum habet scientie dicens que est scientia que dicitur que versatur circa ens inquantum ens. sic circa subiectum que huic insunt per se id est proprias eius passiones. dicit autem secundum quod ens. quod scientie alie que sunt de entibus particularibus considerantur que dicitur de ente cum oia subiecta scientiarum sunt entia. non tamen considerantur omnes secundum quod ens. id est secundum rationem entis in communi sed secundum quod huic ens numerus vel linea sicut corpora vel habet. dicit autem et que huic insunt per se et non simpliciter que

huic insunt ad denotandum que. scilicet ad scientias non pertinet considerare de his que per accidens insunt. scilicet suo subiecto sed solum de his que proprie insunt sibi. dicit enim que nulla alta scientia tractat vel de ente. et que ista scientia habet considerare per se prima principia et primas causas ut dictum est in philosophia. que que sunt cause entis. Ex quo patet que ens inquantum ens est subiectum in libro metaphisice. quod illud est subiectum in scientia et principia et proprie passionum queruntur. Ad evidentiam huius notandum est que cum metaphisica sit scientia realis oportet subiectum eius dicat unum conceptum reale cui subiectum sit causa et mensura scientie. maioris autem entitatis non est effectus que sit causa. si igitur scientia sit realis oportet que subiectum sit quod reale. vnde sic socrates et plato circumscripserunt operante intellectus conueniant plus ad unum que duo indiuidua diuersarum specierum. est inquam eadem humanitas in ambobus non quod de numero alia est ei humanitas numero in socrate et plato sed est eadem unitate sibi propria. Sic duo animalia diuersarum specierum conueniunt in ratione animalitatis non quod in eis sit una animalitas unitate numerali vel specifica sed unitate sibi propria sic suo modo deus et creatura sicut et accidens conueniunt in uno conceptu reali entis qui est unum in ipsis unitate sibi propria. cuius a parte rei plus conue-

niat deus et creatura que deus et nihil In predictis autem habet sit aliquid similitudo est tamen magna dissimilitudo. sed enim deus et creatura conueniunt in aliquo conceptu entis qui quoditate includit in conceptu dei et creatur non tamen conueniunt in aliquid realitate potentiali et contrahibili ad ipsa per aliquid realitates seu diuersas sicut conueniunt species eiusdem generis. cum enim deus sit simplex in eo non est ordo realitatum quantum una contra habet alia. et hec est una ratio que deus non est in genere secundum Scotum. vnde dicitur. per se in sui ratione. et haec dicitur. tertijs in ratione. realitas enim generis est potentialis ad realitatem diuersam et per eam contrahibilis. ut homo et equus conueniunt in realitate animalitatis que contrahitur per rationalitatem et irrationalitatem. per conceptum autem entis non intelligo actum concipiendi vel intelligendi que est in anima subiectiue. ad enim concipiendi cum sit quodammodo quantitas de prima specie quantitas non est transcendens nec consistit deo et create. sed per conceptum entis intelligo rationes formales obiectiuas entis hoc est ipsa que quoditate entis conceptibile que habet esse obiectiue in intellectu. Esse autem in intellectu potest intelligi dupliciter vno modo ut species et habitus qui sunt subiectiue in anima. alio modo obiectiue et habet dupliciter. vno modo habituali et per quantum. scilicet est ibi per species manentes in intellectu immediata te motiuam ad intellectum. et sic obiectiue

conceptibile est in anima autem actum concipiendi diuerso actualiter et vario puta quantum iam mouet et intelligit. et sic obiectum conceptum habet esse in anima. Ad oppositum dico que conceptus entis habet esse obiectiuus in anima primo modo et non secundo modo. de ista materia dictum est aliquantulum in 3o capitulo in philosophia huius et adhuc magis dicitur in septimo. Deum omnino dicitur Philosophus quod metaphisice habet considerare de substantiis et accidentibus. quod probatur per hoc que non solum ad unam scientiam spectat considerare de his que dicitur secundum unum. id est que vniocatur in vno conceptu. sed de his que dicuntur ad unum. id est que conueniunt in aliquo analogo. ens autem habet non dicat equum uoce de sicut et accente. tamen dicitur analogice. quod probatur quia sicut sanitas dicitur de animali principaliter. quia animal est receptiuum sanitatis et dicitur de vrina quod est signum sanitatis. et dicitur de dicta. quod efficit sanitatem in anima. sic ens per prius dicitur de substantia inquantum est ens per se. deinde dicitur de proprietatibus substantie et eius accidentibus inquantum habet esse in alio. Tercio dicitur de generatione inquantum est via ad esse. quarto dicitur de corruptione inquantum est via in non esse. quinto de priuationibus et negationibus inquantum priuant ipsum esse. vnde dicitur

mus q̄ non est est nō ens. qđ non
esset nisi negatōi aliquo modo cor
responderet esse. tale autē esse licet
forte non sit in re tamē ad minus
est in intellectu. quia ratio de ta
libus negociatur quasi de quibus
dam entibus. ⁊ ratio d̄ eis aliquid
affirmat ⁊ negat.

Ex verbis predictis Philoso
phi potest oriri dubiū an ens sit
vniuocū. Pro cui⁹ discussione
primo recitabovnaz opiniōz. secū
do dicā aliter ad questionē. tercō
respondebo ad argumēta cōtrarie
opinionis.

Quantū ad primū est vna opi
nio tenēs partes negatiua que pro
bat primo auctoritate Philo
sophi supra. s. q̄ ens dicit̄ de entib⁹
sicut sanitas de vrina ⁊ animal ⁊
dieta. ⁊ sic est analogū. non est igi
tur vniuocum. Preterea primo
philosophorū dicitur ⁊ est principiu
primū procedendi contra Par
menides ⁊ Melissū scilicet q̄ es
dicitur multipliciter. Item aucto
ritate Porphyrii dicentis quod
si quis omnia entia vocet equivo
ce nuncupabit ea. Preterea ar
guitur per ratios primo sic. si es
ē vniuocū ad omnia entia igitur
est genus. consequens est falsū ⁊
contra Philosophū tercio hui⁹

ergo ⁊ antecedēs. cōsequētia patz
quia tūc ens diceretur in quid de
pluribus differentibus numero.
quod est propriū generis.

Confirmatur ratio quia si ens
est huiusmodi igitur predicat̄ de
entibus sub ratione alicuius vni
uersalis non differentie. quia non
pater in quale nec propriū nec ac
cidētis. quia hec sunt extra essen
tiam eorum de quibus predicant̄
tur. non sic autē ens. nec pater vt
species. patet. ergo relinquit̄ vt p̄
dicetur genus.

Preterea si ens ē vniuocū ad de
cem genera igitur descendit in illa
p̄ aliq̄s differentias. sint ille. a. ⁊. b.
aut igr̄. a. ⁊. b. includūt es aut nō.
si sic igitur in conceptu cuiuslibet
generis generalissimi includit̄ bis
ipsum ens. ⁊ p̄ consequens erit nu
gatio. si non. igit̄. a. ⁊. b. non sunt
entia. ⁊ tunc non ens erit de intel
lectu entis. quia. a. ⁊. b. includunt̄
in conceptibus decem generū que
sunt vera entia.

Preterea illa que sunt imme
diata ⁊ totaliter sub extremis con
tradictōis nihil est cōe vniuocū s̄
deus ⁊ creatura s̄ba ⁊ acc̄s sunt
huiusmodi. qz sub istis extremis
scilicet depedere ⁊ non depede
re causatus ⁊ non causatus esse s̄
alio ⁊ nō esse sub alio. patz igit̄ q̄

nihil est eis cōmune vniuocū. ma
ior patet quia omnis cōceptus est
neuter illozū quibus est cōmunis.
sed nullus est conceptus neuter re
spectu cōtradictionis. sed est neces
sario alter illozū. alioquin cōtradi
ctio haberet mediu.

Preterea que sunt primo di
uersa ⁊ se totis distincta in nullo
conueniunt. sed deus ⁊ creatura
sunt huiusmodi ergo z̄. maior est
euidens s̄ minor probatur. quia
alioquin deus haberet quo cōue
niret ⁊ quo differret. ⁊ ita nō esset
simpliciter simp̄. ex.

Quantum ad secundū articu
lum est alia opinio doctoris subti
lis Scoti quam teneo tanquā ve
ram quod ens est cōmune vniu
cum deo ⁊ creature substantie ⁊
accidenti ⁊ generaliter omnib⁹ en
tibus de quibus p̄dicatur.

Ad cuius euidētiaz primo pre
mittam vna diuisione. secundo
ostendam triplicem conclusionē.

De primo est sciendū quod tri
plex est vniuocatio. quedaz ē vni
uocatio physialis. quedaz logica
lis. ⁊ quedaz metaphisialis. vni
uocatio physialis est vnitatis nati
re ex natura rei circūscripta omni
opatione intellectus. De ista vniu
oatōe loquitur Philosophus. vñ
philosophorū quando dicit q̄ in spe

cie specialissima ē proprie vniu
oatio ⁊ non in genere. quaten⁹ spe
cies dicit vna natura nō autē ge
nus. sed latēt equiuocatōnes in ge
neribus. genus autē dicit̄ equivo
cū equiuocatōne opposita vniu
oatōni physicali eo q̄ nō cōrespō
det sibi vna natura extra sed plu
res. Quz enī dicit̄ in generib⁹ la
tent equiuocatōnes nihil aliud est
dicere nisi q̄ quantitas generis in
cōpleta includit in se diuersas na
turas specificas siue quiditati ge
neris cōrespōdet aliqd̄ ad extra
cui cōrespōdent diuersę vnitates
physicales. Vniuocatio logica
lis est vnitatis alicui⁹ realitatis vel
intentionis prime sub vna intentione
logicali concepte. verbigratia sub
intentione generis vel differentie vel
alicui⁹ alterius secūde intentionis
locus enim considerat huiusmodi
secūdas intētōes adiūctas primis
Ex quo concludo corz q̄ aliqd̄ trāscē
dēs ē p̄pe vniuocū vniuocatioe
logicali. qz s̄ nlla fa intētio i gene
re puta ge⁹ vel d̄ria z̄ cōpetit̄ ali
cui trāscēdēti ⁊ ext̄i ext̄ gen⁹. sic
p̄z. aliqñ tñ sibi cōpetit̄ saltē intētio
vilitatis q̄ ē logica. ⁊ fa intētio.
Secundo concludo correlarie q̄
aliquid est vniuocū vniuocatione
logica ⁊ equiuocum equiuocatio
ne physica nec tamē hoc repugnat

Patet enim ex predictis qd genus est uniuocū uniuocatōne logica ⁊ equiuocū equocatōe phisica. uniuocatio metaphical est unitas ali qd pme intētois abstrahibil a pluribus p intellectū ex natura rei circūscripta quacūq; intētiōe secūda vel logica. ⁊ hoc mō trāscēdētibus non repugnat uniuocatio ut dicitur. Ex quo concludo correlarie qd aliquid est uniuocū uniuocatōne metaphisicali qd nō est uniuocū uniuocatōne phisicali pprie loquendo.

De secūdo sit illa prima cōclusio. Ens sumptū cōiter nō est uniuocū omnib⁹ entib⁹ uniuocatōne phisicali. hoc patz. qz cōceptū entis nō correspōdet vna natura in re. Que at sit illa natura cui correspōdet talis uniuocatio sciendū qd natura accipitur quatuor mōis. Uno mō dicitur de illud quod nō est nihil. secūdo mō quod est prinicipiū motus ⁊ quietis. tercio mō accipitur natura p illo quod pōt agere vel pati. quarto mō pro illo quod est informatum differentia specifical ⁊ essentiali. ⁊ forte dicitur unitas minor unitate numerali. Nam Auicenna dicit. Natura incedit speciem ⁊ producit indiuiduū. ⁊ sic talis uniuocatio oritur ex proprijs principijs intrin-

secis speciei. sed prout ista unitas correspōdet illi nature que potest agere vel pati tunc est unitas nūeralis. qz nihil aliud pōt agere vel pati nisi indiuiduū. cui⁹ Dhus dicat actōes ⁊ passiōes sunt suppositōrū primo metaphice. Et hec est ratio quare Auic. dicit in auctoritate predcā qd natura intēdit spēs ⁊ pducit indiuiduū. qz soli⁹ indiuidui est agere vel pati. Secūda cōclusio sit ista. ens sumptū cōiter est vbi uniuocum oibus entib⁹ uniuocatōne logicali. hoc patz qz dicit vnā realitatē vel ppria intētionē cōceptā sū intētiōe vltimatē qd ē intētiō secūda ut pri⁹ dictū est. Tercia cōclusio sit ista. ens cōiter sūptū ē vere uniuocū oibus entib⁹ uniuocatōne metaphisicali sic intelligēdo qd ens dicit aliqū vnū cōceptū realē abstrahibilē ab oibus picipatib⁹ es qd itatiue sū que cōceptū ens ē predicabile de oī ēte uniuoce ⁊ realit⁹ ⁊ in qd. hāc ostēdo sic. pmo auctoritate phi in lra dicentis qd ens dī mltiplr nō tñ equoce igr uniuoce. pbat cōna. qz equocū ⁊ uniuocū sūt imediata vtz ex rōib⁹ eoz. vñ dicit doctor sbrilis Sco. dī. 3^a. ⁊ viij^a. primi sententiarū. analogū non est medium inter equiuocum ⁊ uniuocū cum sint imediata. vt patet ex rationibus eozum.

omne enī analogū est equiuocū vel uniuocū. vnde quedam analogia sunt equiuoca vt aial est equiuocū ⁊ analogū ad aial viuū ⁊ ad aial pītū. quedā vero analogia sunt uniuoca vt ens ē uniuocū ad deū ⁊ creaturā substantiaz ⁊ accidēs vt ipse diffuse declarat scotus ubi supra lz tamē sit analogū cū accidēs hēat attributōes ad substantiā ⁊ creaturā ad deū.

Notādū qd duplex ē equocū equiuocās. s. a casu ⁊ a cōsilio. equocū a cōsilio ē dicitō plura equeprio significās vt canis equocū a cōsilio dicit analogū quod significat vnū p comparōz ad aliud. vt aial significat aial pītū p comparōz ad animal viuū.

Itē arguo sic omnis intellectus certus de vno cōceptu ⁊ dubi⁹ d duobus diuersis in quib⁹ iste certus quiditatiue includit habz cōceptū illū de quo ē certus aliū a cōceptibus de quib⁹ ē dubius uniuocū. sed intellect⁹ homis potest esse certus de aliquo qd sit ens dubitādo an sit deus vel creatura substantia vel accidens ⁊ sic de alijs in quibus ens vel cōceptus quiditatiue includit. sicut patet. ergo cōceptus entis est aliū a cōceptib⁹ illis dubijs ⁊ uniuocū illis ita qd ex se ē neuter illoz. ⁊ includitur i

utroq; ipsoz maior pbatur quia ipossibile ē eūde cōceptū eidē intellectū eē dubiū ⁊ certū sū. igr vl erit ali⁹ ⁊ hēat ppositū. vel nlls ⁊ tunc nō erit certitudo de aliq cōceptu. ē igr ali⁹ ⁊ si qd itatiue includit in illis seqt qd nō erit tātū ali⁹ s. etiaz uniuoc⁹ ill. minor pbabilr declarat prio de deo ⁊ creatā. qz quib⁹ phs i hoc fuit cert⁹ qd pōbat p⁹ prin⁹ eē ens. puta vn⁹ qd posuit igr nē ēe primū. ali⁹ aquaz. quib⁹ enī erat certus ignē vel aqua esse ens erat tñ dubi⁹ an erat ens creatus vel icreatū. p⁹ vel nō p⁹ pbatio nō ei erat certū qd eēt p⁹. qz tūc fuisz cert⁹ de flo. falsuz at nō cōtingit scire nec erat cert⁹ qd esset ens nō primū. quia tūc nō posuisz vnū. Secūdo pbat d sba ⁊ accūte. qz phi diuersi dīsimode opinātur de lūie quoz ali⁹ posuit qd est accūs ali⁹ qd ē corp⁹ ⁊ sba. ⁊ ille qd posuit qd ē sba cert⁹ ē qd ē ens s. nō ē cert⁹ qd ē sba. qz tūc d falso esset cert⁹. nec qd nō ē sba qz opposituz posuit. Dicitē pbat spēaliter qd ens sit uniuocū ad sba ⁊ accūs sic. si ens nō ē uniuocū sbe ⁊ accūte. igr intellectū nō pōt hēe cōceptū qd itatiue de sba. cōns ē euidēter falsuz g⁹ ⁊ aī. pbatio cōne qz sba nō imutat imediate intellectū nrm ad intellectū sui cū nō intelli

gatur pro statu isto nisi per speciem
accidentis sensibilis. sed nullas con-
ceptus quiditativus sibi potest haberi
per immutationes accidentis sensibilis nisi
si ille posset abstrahi a conceptu ac-
cidentis. et iste necessario sic abstra-
ctus sit univocus alias non esset ab-
strahibilis talis conceptus videtur
maxime esse conceptus entis quam
nullus alius esset quiditativus. ma-
ior patet. quia quicquid principaliter
et immediate immutat intellectum illi
us absentia potest naturaliter ab
intellectu cognosci quando non imu-
tatur. ut patet secundo de anima. quare
visus est perceptivus tenebre quan-
do videlicet visui non est lux pre-
sens nec visus imutat. igitur si intel-
lectus noster naturaliter imutatur a
substantia immediate ad actum circa
ipsas sequeretur quod quando substantia
non esset presens posset in sua ab-
sentia naturaliter cognosci. et ita natura-
liter posset in hostia consecrata co-
gnosci non esse substantiam presentem. quod
est evidenter falsum. nullus ergo con-
ceptus quiditativus habetur de substantia im-
mediate a substantia causata sed tantummodo
abstractum proprio ab accidente. et talis non
est nisi conceptus entis. Preterea
arguo sic ex auctoritate Porphyrii.
si quod omnia entia sunt. et suppono quod
omnia sit ligum distributum tunc arguo
sic. quicquid distribuitur est univocum.

sed in predica auctoritate Porphyrii
ens distribuitur ergo ens est univocum
omnino et maior pars per Aristotem. in libro
primae secundae ubi dicitur non omnis oratio
est enunciativa sed in qua verum vel fal-
sum est. per hoc vult Aristoteles inuenire quod
ex equocis non potest fieri propositio
et per consequens terminus equocum non habet di-
stribui. maior pars per Porphyrium cum
dicitur. Omnia igitur entia sic distribuuntur
per aliquam entitatem in eis inclusa et
composita. igitur entitas eis composita est unica.
Tercio respondendum est ad argumenta
alterius opinionis. Ad illud quartum habet
quod dicitur de sanitate dicitur quod per
hoc concedit ordinem essentialium inter
species eiusdem generis. quia ibi vult quod
in quolibet genere est unum primum quod est
mensura aliorum. mensurata autem habent or-
dinem essentialium ad mensuram. et tamen non
obstant tali attributione nullus negat
conceptum generis esse unum cum predicet
in quod de pluribus dicitur species. si enim
genus non haberet unum conceptum alium a con-
ceptibus speciebus nullus conceptus generis
diceretur de pluribus sed quilibet de seip-
so. et sic idem predicaretur de eodem et
non genus de specie. Concedo igitur quod ac-
cidentes habent attributa essentialia ad sub-
stantiam et creatura ad deum. et per consequens ens
est analogum ad ea. cum ista tamen analogia
stat univocatio metaphysica. unde habet attributio sola non tollat uni-
tatem univocatis quare unitas attri-

butio minor est unitate univocatis
minor autem unitas non arguit maiorem
tamen minor unitas potest stare cum maio-
ri sic quod sunt unum specie sunt unum genere
sed unitas generis sit minor unitate
speciei. sicut in proposito dico quod habet uni-
tas attributis non arguat unitatem
univocatis. tamen cum unitate attribu-
tis bene stat unitas univocatis
sed una non sit alia formaliter. et secundum hoc
possunt solvi omnes auctoritates que eunt
fiende de ista materia. hec scilicet. dicitur. 3.
et viii. primi secundae. Ad aliud de
philosophico dicitur quod philosophus loquitur ibi
de multiplicitate suppositorum que non
repugnat univocati. unde cum dicitur
quod ens dicitur multiplex non intendit quod di-
cat equocum sed multiplex. id est de multis
ita quod vult dicere quod procedendum est
contra predicantes et mellissus ponere res
omnia esse unum ens in gredendo de quo esse
intelligunt. sicut si dicitur quod omnia essent
unum animal contra eos oportet distinguere
animal et ingredi de quo animal intel-
ligat vel quare omnia essent unum bonum vel
habetur modi. Vel potest dici quod ens dicitur
multiplex. id est ens est de numero illorum que
habetur pluralitas inferiora sibi se. sicut dicitur
quod quantitas est de numero eorum que dicuntur
multiplex. id est que habet supposita sub
se. Ad Porphyrium dicitur
vno modo quod ipse allegat alius si quod
est. ita quod non loquitur secundum opinionem propria

28
Vel potest dici quod loquitur ibi de equo-
catis philosophici. Contra ipse fuit ibi
logice ergo logice loquitur. Respon-
deo multa dicuntur in logica non logice.
sic enim 2. metaphisice dicitur quod in
omni motu est materia. hoc tamen ma-
gis pertinet ad physicum quam metaphisicum.
Ad primam rationem si ens est univocum
igitur est genus negat arguere. quia
arguitur ab una causa unitatis ad pro-
positos habentes plures causas que
requirunt ad rationem generis tercio modo
dicitur ut in 3. b. Ad confirmato-
nes de illis quibus visibus positus a
Porphyrio dicitur quod ipse ordiat
librum suum ad predicamenta Aristoteli. si-
cut ipse metipsum in prelo suo.
loquitur igitur de illis unitatibus que alio
modo inveniuntur in ordine predicamen-
tali. sed preter illa est aliud univocum
quod est transcendens quod non pertinet ad aliquid
quod pertinet. id est ens. Et igitur arguitur
quod non sunt entia. Dicitur enim est
quod verum est formaliter. sed tamen
sunt entia essentialiter et realiter.

Quod autem illud quod non
est ens formaliter dummodo sit
ens realiter sit de intellectu entis
nullum est inconueniens. sicut ra-
tionale quod non est animal forma-
liter est de intellectu hominis qui
vere est animal.

Debes enī scire q̄ iter ens forma
liter ⁊ nihil est dare mediū sic sūt
cōtrabētia entis ⁊ passiones entis
⁊ ultime differētie ⁊ plura alia. nō
iter ens reali ⁊ nihil nō est dare
mediū. Ratio hui⁹ est. qz oē possi
tiuū quod est extra nihil est idem
enti realiter cū nō pōt esse absq̄ eo
⁊ idēptas realis inuestigat p̄ in
sepationēz vni⁹ ab alio sicut distin
ctio realis p̄ viāz sepationis non tñ
formaliter. qz nulli est idēz forma
liter nisi includat in eo in primo
mō dicēdi per se. ⁊ p̄ cōs illis per
se directe cōtentis in decēz primis
generibus.

Ad aliud de extremis cōtradi
ctōis aut intelligit q̄ ista sint s̄b ex
tremis cōtradictōis totaliter hoc
est precise quod ista sint extrema
cōtradictōis tunc minor est falsa.
qz deus nō est p̄cise hoc quod nō
est esse ab altero. qz ista negatio
dicīti etiā de chimera sicut creatu
ra nō est precise ista nō necesse esse
qz hoc etiā cōpetit chimere. s; taz
deus q̄ creatura tam substantia q̄
accidēs est aliquid cui cōpetit al
terū extremū cōtradictōis. Si igitur
accipias maiorē. quibuscunqz
autē cōueniūt extrema cōtradictō
nis ipsa nō vniuocatur in aliquo
cōmuni. illa maior est falsa. quia
omīa diuidētia per se aliquod cō

mune sunt talia. qz de ipsis dicīti
extrema cōtradictōis ⁊ tamē vni
uocatur in ipso diuiso cōmuni.
Similr in pposito deus ⁊ creatu
ra substantia ⁊ accidēs p̄dicationē
cōtradictōis possunt recipere ⁊ ta
mē habēt aliq̄d subtractū illis ex
tremis cōtradictōis ratōe cui⁹ pos
sunt habere aliq̄d cōmune.

Ad cui⁹ euidētia; est notandū
q̄ quādo aliqua realitas intelligit
tur cui⁹ suo mō intrinseco ille cōce
ptus nō est ita simplr simplex qm
possit cōcipi illa realitas absq̄ mō
do suo. sed tūc est cōceptus impfe
ctus rei. pōt etiā cōcipi cui⁹ modo
illo. ⁊ tūc est cōceptus p̄fectus ade
quatus illius rei. Exemplū s; est
albedo in tribus gradibus inten
siois posito etiā q̄ esset simplex
oīo in re possēt tamē cōcipi sub ra
tōe tante albedinis ⁊ tūc p̄fecte cō
ciperet cōceptu adequato ipsi rei
vel possēt precise cōcipi sub ratōe
albedinis. ⁊ tūc cōcipetur cōceptus
imp̄fecto distincto a p̄fectōe rei. cō
ceptus autē iste imp̄fect⁹ pōt esse
cōis isti albedini ⁊ aliq̄. Cōceptus
autē p̄p̄rius nō esset cōis. Sequit
tur igitur inter illa distinctio illi⁹ de
quo accipit cōcept⁹ p̄p̄rius ⁊ illi
us de quo accipit cōceptus cōis.
vt distinctio realitatis ⁊ realitatis
sed ut distinctio realitatis ⁊ modi

intrinseci eiusdē realitatis. que di
stinctio sufficit ad habendū conce
ptus p̄fectus vel imp̄fectū de eodē
quozus imp̄fectus sit cōmuni s; p̄
fectus sit p̄p̄rius. Ad p̄positū
cōcept⁹ entis cōis deo ⁊ creature
descēdit in cōceptū dei ⁊ creature
nō p̄ alia ⁊ alia; realitatē s; p̄ mo
dos intrinsecos vt dicit Scotus
viii. dist. primi sūiaz alteri⁹ ⁊ al
terius. s. p̄ finitū ⁊ infinitū. ita q̄ si
cui⁹ cōceptus albedinis abstrahit
a tanto ⁊ a tāto gradu pars albe
dinis. ⁊ est cōceptus imp̄fectus.
⁊ inadēquatus huic vel illi albe
dini. ita etiā cōceptus entis respe
ctu dei ⁊ create. de⁹ igitur ⁊ create
sunt se totis distincta in realitate
⁊ in cōceptu reali p̄fecto ⁊ adēq̄to
realitati cuiuslibet. sed hoc nō ob
stante conueniūt in aliquo concep
tu reali imp̄fecto ⁊ inadēquato
realitati cuiusmodi est cōcept⁹ en
tis qui ut sic abstrahit ab omī mō
intrinseco realitatis dei ⁊ creature
qui sunt finitū ⁊ infinitū. Cū cōce
ptus entis formalr non est finitus
nec infinitus positue. sed cōmuni
utriqz abstrahēs ab utroqz.

Notādus autē q̄ licet sit vniu
cus omibus entib⁹ tñ cōceptibus
simplr simplicib⁹ cuiusmodi sunt
passioēs entis ⁊ ultie dīe de qb⁹
ens predicat i quid ut dicit doctor

subtilis dist. tertia primi sūiaz.

Circa qd notādus est fm un
dez doctorē ibidē q̄ aliud est vni
uocū esse ⁊ aliud vniuocē p̄dicari
vniuocū esse dicīti cui⁹ cōceptus
in se est vni⁹. ⁊ hoc mō ens est vni
uocū omnib⁹ suis passioibus ⁊ ul
timis differētijs. ⁊ decē primis ge
neribus. vniuocē vero predicari
est quādo ratio seu diffinitio pre
dicati includitur in ratione subie
cti isto mō. igitur ens dicīti vniuocē
de omnibus p̄ se directe cōtentis in
primis generibus. quia videlz in
illis includit in p̄rio modo dicēdi
per se. Notādus etiā q̄ vt di
cit idēz doctor tertia q̄e quolibet
tozū. ens vel res pōt accipi dupl̄
vno mō. s. put est cōe oī enti rea
li quod nō ē fabricatū p̄ opatōz in
tellectus. ⁊ sic est vniuocum. alio
mō cōmuni⁹ put se extēdit ad oē
positū quod nō est nihil. ⁊ sic est
cōmune enti in aīa ⁊ extra animā
⁊ hoc modo nō est vniuocū s; est
equiuocū. vt enī dicit idēz doctor
dist. xxix. primi sūiaz. Enti reali
⁊ enti rōis nihil est cōmune vniu
cus. qz ei qd est simplr tale ⁊ fm
quid tale nihil ē cōmune vniuocū.
ens igitur in illa significatiōe nō dic
vni⁹ cōceptū cōez. sed sola vox est
cōmunis.

Notādus vō q̄ p̄ ens rōis non

Tum tercio qz oē cōtrahēs d3 esse extra rationes contrahibilis. quare nihil cōtrahit seipsum. sed nihil est extra rationes sic accepti. igitur ens ut sic acceptus non est contrahibile p aliquas differentias vel nō dicit vnā quiditatez cōtrahibilem quod fuit probandū. 7 p cōsequēs sequit ex p̄dicit qz ens sic acceptus non est vniuocū sed equiuocū quod est intellectū. Et nota qz enti in tali acceptioe nō cōueniunt illē passioēs. vnū verū bonū tāqz pprie passioēs quas Aristo. in q̄to metaphice attribuit enti in quā tu3 ens. Rō h̄ est. tu3 p̄rio qz mediū in demonstratōe passioēs ē tācū ipsa q̄ditas ipsius. cas autēz vt d̄t d̄tū est in tali acceptioe nō habz vnā quiditatez sed quasi infinitas ergo zc. tum secundo quia. ppria passio orit̄ a determinata quiditate subiecti. sed ens ut sic non habet determinatas quiditatez. igit̄ ens ut sic nō habet quod fieret mediū d̄mōstrandū passioēs de eo igit̄ zc. Alio mō accipit̄ ens p̄out est nomen impositū. nō ad significandūz omē positiuū sed p̄out importat aliq̄ quiditatez vnā distinctāz contra alias quiditates determinabiles 7 determinates contrahibilez tamen ad eas d̄rias cōtrahibiles. vel p vnā cōtrahibiles aliā materiales. 7 ens vt

sic acceptū est vniuocū deo 7 creature sbe 7 acc̄ti. 7 hoc p3 p dif finitōz nois vniuoci. vniuocū enīz ē nomē cōe fm idē nomē 7 fm eandē rōz formalē d̄ p̄lib̄ p̄dicabile. ens ut sic acceptū h3 illas passioēs vnū. verū. bonū. qz de eo d̄nr in secūdo mō d̄cedi p se. elige quaz volueris p̄ima placet mihi.

Sequitur capitulū p̄imū.

biqz autez

Dic̄ cōter poit̄ Dhs qz scia h̄c p̄ncipalr cōsideratur de substantijs tali rōne. ois scia q̄ est de plūbus que reducūt ad vnū p̄imū est pprie 7 p̄ncipalr d̄ illo p̄rio ex quo alia depēdent 7 h̄c vbiqz verū. sed sba ē huiusmodi. vel est hoc p̄mū inter oia entia ergo p̄imū p̄bus qui considerat oia entia d3 p̄ncipalit̄ cōsiderare p̄ncipia 7 causas sbaz.

Cōsequēter oīdit̄ Dhs qz ad h̄c sciaz sp̄dat̄ d̄terminare d̄ vno 7 de sp̄ebus vnū cū ens 7 vnū significat eadēz naturā. qd̄ pbat qz illa q̄ nō sepant in generatōe 7 corruptōe significat eadēz naturāz realit̄. s3 ens 7 vnū sūt h̄ mōt̄. si enīz generat̄ ens generat̄ vnū. 7 si corrupt̄ ens corrupt̄ vnū igit̄. Est at̄ vnū qd̄ ē indiuisū a se 7 diuisum ab alio. d̄t̄ ē qz cū significat eadēz

naturā quot sunt vnū tot entis si cur ens substantia quātitas 7 sic de alijs que sunt ptes entis. sic idem equale 7 simile sunt partes vnus. Nam idēz est vnū in sba simile ē vnū in qualitate. equale vō vnū in quantitate. 7 silr fm alias ptes entis possent sumi alie ptes vnus si eēt noia imposita. sicut igit̄ ad vnā sciaz sp̄dat̄ cōsiderare d̄ omnibus p̄tibus entis suple fm ratōz entis. 7 nō fm rōes pprias. sic est de p̄tibus vnus.

Circa p̄dicta possēt dubitari an ens 7 vnū significat eandēz naturā. 7 videtur qz non. qz si sic igitur illa erit vera. vnū est tantus ens. cōsequēs est falsus igit̄ 7 aīis. falsitas aut̄ p3 ex p̄rio p̄b̄scōz vbi Aristo. improbat Parmenides qui posuit tantus esse vnū ens p̄batio cōne quādo aliquid p̄dicatur de aliquo conuertibilr p̄dicat̄ de eo cui3 d̄ctōe exclusiua. sicut si homo est risibilis sequit̄ qz tantus homo est risibilis.

P̄terea diuidēs nō significat eandēz naturā cui3 diuiso s3 vnūz determinat̄ ens ergo non significat eandēz naturā cū ente. p̄batio maioris qz dicit oppositū. qz tūc con diuidēs ex quo opponit̄ cōdiuidēti nō participat diuisus. si enīz rationale diceret eandēz naturā cui3

aiali irratōnale nō p̄ticiparet aiali Silr in p̄posito cui3 vnū 7 multa diuidūt ens. si vnū significat eandēz naturā cū ente conuertibilr multitudo est nō ens. 7 sic vnū 7 multa nō essent d̄rie ēris. Itē vnū est d̄terminat̄ generis nō at̄ ens igit̄ ēs 7 vnū nō significat eandēz naturāz p̄batio aītis. quia cui3 ptes oēs vel species sunt determinat̄ generis ipsuz ē genus d̄terminat̄. s3 oēs ptes vnū sūt generis d̄terminat̄. s. idēntitatis similitudis 7 equitatis qz ī genere relatōis. Cōtra ē Dhs in l̄ra. In ista q̄ōe sic p̄cedā. p̄rio quedā opio p̄mitteret. sō improbatio apponet. tercio ad q̄stioēs alie dicit̄. Quātuz ad p̄mūz sciendū qz ē vna opio Aīis. q̄ stat in ēbus d̄cis. p̄mū ē qz ens 7 vnū p̄dicat̄ de oib̄. fm ē qz nō sūt idē fm naturā. terciū ē qz vnū ē d̄terminat̄ generis. s. de genere q̄ntitatis. 7 p̄ oīs n̄ conuertit̄ cū ēte. 7 sup̄pōit̄ p̄imū d̄ctū tāqz vez. 7 fm p̄bat qz si sic tūc d̄cedo vnū est nūgatio. qd̄ falsus est. cōne pbat qz tūc idē bis diceret. Terciū pbat qz si cōstitutū. s. nūerus qui cōstituitur ex vnitatib̄ est de genere q̄ntitatis. sequitur quod ipsa cōstitutētia s3 vnitates erunt de genere q̄ntitatis sic nō erūt conuertibiles cū ēte. qz nihil qd̄ ē d̄terminat̄ generis ē cōuer

tibile cū ēte cū sit transcendens.

Quātū ad 2^m articulū arguitur contra Avicē. primo sic contra pri^mū dicitur. cūz enim dicit q^d ens 7 vnū pdicat de oibus. quero an p^r dicatur vniformiter an nō. sed dif^r formiter nō vniformiter. q^re vnuz pdicat denoiatiue cū sit passio entis. ens antez pdicat quiditatie lz forsan possz aliqū denoiatiue pdi cari. si dicat q^d pdicatur difformi ter sic intelligēdo q^d ens pdicatur de oibus idēit de plurib⁹ q^ditati ue pdicat. vnū vero denoiatiue.

Contra primū iurat^r 7 arguit^r q^d ens nō pdicat q^ditatie de oib⁹ differētijs. quod pbat sic. sūt due differentie. a. 7. b. tūc sic. vel. a. 7. b. includūt q^ditatie ens vel non. si non habet pposituz q^d ens non pdicatur de eis in quid. si vero in cludūt ipsuz ens cū non sint omni no idē inter se habēt in quo conue niūt 7 in quo differūt. igit. a. 7. b. nō erūt pri^mo diuersa nec vltie dif ferētie sed differētes. 7 aliqd idēz entia. igit differūt alijs differētijs sūt iste. c. 7. d. arguit de istis sicut de p^roibus q^d includūt ens quidi tatie vel non. sic pcedēdo vel erit pcessus i infinitū in d^rijs. Vel sta bil^r ad aliqs oio nō includētes ens quiditatie q^d ē. ppositū. 7 ille sole erūt vltime. Si autē loquit^r Avicē.

de pdicatōe apte entis. s. q^d pdica tur ens q^ditatie vel denoiatiue de omnibus forte veruz dicit.

Cōtra secūduz dictū arguit sic q^dq³ sūt idē realr dicūt eadēz na turā. s. ens 7 vnū. sicutū 7 ppria passio sūt idē realit ergo zc. pba tō mioris. illa quoz sepatio inclu dit traditōz sūt idē realr. s. ens 7 vnū sicutū 7 passio sūt h² modi ergo zc. maior patz. qz ex sepatoe mutua aliquoz pbat eoz distin ctio realis. als cōtingeret idē siml esse 7 nō esse q^d ē oppo² p^rmi pri cipij. ita ecō ex ipla sepatoe aliq³ ruz pbat eoz idēitas real. minor pz ex pcedēti caplo. qz csequūt se in generatōe 7 corruptōe. D^ro bo at ali² d^r oī ppria passioe. nā si p^ria passio eēt sepabil a sicutō tūc inessz cōtingēter. 7 p^r cōns cū scia sit d^r necijs cōclio dem^ratois cōcludēs passioz d^r sicutō nō erit scia q^d est māifeste falluz. Cōtra terciū dictū arguit. sba est p^ro oī accūte septio metaphice. s. p^r i suo p^ro ri ē cognoscibile sine posteriori igit sba in suo p^roiori potit intelligi sine q^ditate 7 intelligi sic una indivisa i se 7 disa a quolz alio. talis g^o uni tas ē sine q^ditate 7 sic nō erit d^r ge nere q^ditatis. Itē nulluz trāscē dēs ē dēmiati generis. s. vnuz est aliqd trāscēdēs cū cōtat cū ente.

g^o nō erit alic² generis determinati.

Quantū ad terciū articulū est alia opinio sctilis doctoris Scoti. Ad e² evidētiā sic pcedā. pri^mo p^rmittā aliqs distictōis. fo oīdā all² q^s cōclioes. De pri^mo sit illa p^ria dī stictio q^d vnū d^r duplr. quoddaz ē vnū q^d ē p^ricipiū nūeri. quoddaz est vnū q^d cōuertit cū ente. primū vnū ē de genere q^ditatis. fm vnū est trāscendens 7 passio ētis. 7 qa quodlz vnū ē p^ricipiū nūeri alic². tō sit hec distictio fa q^d duplex est nūerus. vn² in genere q^ditatis. ali us trāscēdens. p^rm² nūer² catur ex diuisioe cōtinui. fs at causat ex di uisioe eētiaz. p^ricipiū p^rmi nūeri ē vnū de genere q^ditatis p^ricipiū secūdi nūeri ē vnū trāscēdēs q^d cō uertit cū ente. 7 iō p^rm² nūerus est quātus. scōs vero ē quiditatius

Tercia distictio sit ista q^d vnū q^d cū ente cōuertit d^r duplr. vno² cōter large 7 simplr. 7 hoc mō op ponit mltitudini 7 sic nō ē passio entis s. disticta 7 ē cōuertibil cū ente nō simplr s. s. b. distictōe.

De secūdo 7 terciō articulo sit ista p^ria cōclio. ens 7 vnū nō dicūt eadēz naturā cōtriblr si vnuz acci piat pprie stricte 7 fm qd. si at ac cipiāt coir 7 simplr sic ens 7 vnū dicūt eadē naturā cōuertibilr p^ria ps cōcliois pbat sic. qz si ēs 7 vnū

sic acceptū d^rent eadē nāz cōtriblr d^r quocūqz pdicaret vnū 7 reliquū s. ens pdicat de multitudine igit 7 vnū q^d ē falluz loquēdo de vno sic accepto. fa ps cōcliois h² p^rz qz de quocūqz pdicat ens 7 vnuz simplr 7 large lumptrū. 7 hoc mō multitudo est vnuz sicut est ens.

Secunda cōclio est hec. ens 7 vnuz nō dicūt eandē naturā quiditatie 7 formalr 7 oīdit sic. tum pri^mo quia estz negatio dicēdo ens vnuz. tū fo qz ens 7 vnū nō predi cat^r de seinuicē in quid. igit non dicūt eandē naturā quiditatie 7 formalr. cōia p^rz sed añs pbat qz cū vnuz sit passio entis pdicatur de ente p se secūdo mō. ens at nul lo mō pdicat de vno s. p accūis. qz fm D^rhm pri^mo posteriorz. pdi catōes p se nō cōuertunt sic. igitur nec vnuz nec passio ētis dicūt eā dez naturā cūz ente quiditatie 7 formaliter.

Tercia cōclio sit ista ens 7 vnū dicūt eandē naturāz realr lz disti guatur formalr ut postēsus ē i p^rcedēti cōclioe. hec conclusio patet p p^rhm in trā cū nō sepan^t in gene ratōe 7 corruptōe. tuz qz sūt idēz realit in 3^o de quo pdicatur p se 7 nō p accūdes igitur inter se sūt ea dez vel idēz realiter 7 sic dicūt eā dez naturā realiter.

Quarta cōclusio est ista vnuz quod est passio entis dicit forma liter aliqd positiuū . pbat qz vnuz dicit pfectōez simplr . sed negatio non dicit pfectōez simplr de se . 7 formalr . igit ipsuz vnū nō dicit p rā negatōez . maior pz . qz vnum in quolibz est meli^r ipsuz q̄ nō ipsuz . **Hec** est autēz descriptio pfectōis simplr quā ponit Anselmus . 7 ppter hoc sūma vnitas attribuit pmo enti cui nulla conuenit imperfectio . et patz qz pziuatio ut sic hēt rōez malī 7 sūr negatio .

Sed cōtra istā arguit quidaz sic . illud positiuū qd dicit fm seip suz formalr vnuz vt distinguit ab ente . vel est vnū vel nō vnū . nō est dicēduz qz nō vnū igit est vnū tūc vel est vnū positie seipso vel aliq̄ alio . si aliquo alio querā de illo 7 sic erit pcessus in infinitū . si seipso ergo sua vnitas supra seipsuz nō addit ergo sūr dicaz de ente qz se ipso positie est vnū . 7 p cōis vnū ut formalr distinguit ab ente non dicit aliquid positiuū . **Dieteria** ens ut fm suaz rōez formalē distinguit ab vno vel est vnū vel nō vnū . 7 oportet dicere qz sit vnum alioquin fm suā rōez formalē non distinguitur ab aliquo tūc . vt pri us . si ista vnitas dicit aliquod positiuū querā de illo . 7 sic erit . pcc

lus in infinitū . vel standum in hoc qz ens est seipso positie vnū . igit vnitas nō addit supra ens aliqd positiuū . **Respōdeo** . ad primā dico qz ista ratio peccat p figure dīctōis fallaciaz mutādo quo in qd . quando enīz dicit qz vnuz vel est vnuz seipso vel aliquo alio . Dico qz vnū cum sit pncipiū quo non debz dicit vnuz fm se . quia sic haberet rationem quod sicut albedo nō est alba . sed est illud quo aliqd est albu . sic illud positiuū qz vnū addit supra ens . nec est formaliter vnū nec formalit^r nō vnū . sed est illud quo aliquid est vnū . puta ens in quātuz est ens .

Ad secunduz dico qz ens ut dīctūz formaliter ab vno non est vnū formaliter . nec nō vnū formaliter s3 abstrahit ab utroqz . Si tamē nō accipiat positie vel cōtra rie . nō pziuatiue solū vel negatiue sicut cōcept^r entis formalr 7 positie . nec est finitus vel infinitus .

Ad rōez Anselm . ad primā nego cōsequētiā . ad probationē dicēduz qz nō reperit idem bis omni no . qz cū idēitate reali stat dīctio formalis 7 ex natura rei que tollit negatōez . 7 ideo dicēdo ens unū non est negatio . **Ad secunduz nego** antecedēs . 7 ad pbatōez dico qz duplex est unum sicut

ex secūda dīstīctōne patet . unum quod est pncipiūz numeri causa ti ex diuīsiōe cōtinui . illud unūqz ē de genere quātītatis . s3 d tali uno nō loquit^r pro nūc . s3 de uno quod est pncipiū nūeri cāti ex diuīsiōe eēntiaruz . si igit inferas . igit omis vnitas est de genere q̄tītatis ē fallacia cōntis .

Ad argumēta pncipalia igitur vnū est tātuz ens cōcedo cōis accipiēdo vnū pportōnalr . s . si coir cōmuni^r . si pncipaliter pncipaliter . nā cū vnū sit passio entis vnū formaliter accipit sic ens cū dī qz hoc inferit cōtra **Parmenides** 7 **Mellis** . suz pncipaliter dīcēduz qz parmenides pōit oia esse vnuz significatū 7 pncipaliter simplr 7 fm rem cōtra quē bene valer ista ppositio **ibi** . sed ego sic nō pono .

Ad secūduz dicēduz qz vnū diuidens ipsuz ens est vnū fm quid 7 determinate . 7 de tali arguit ratio de quo cōcessuz ē in pzia cōclusione qz nō dicit eandē naturā conuertibilr cū ente . sed hoc nō obstāte vnū assumptū simplr quod est pncipaliter passio entis vniuoca dicit eā de naturā cōuertibilr cum ente .

Ad terciū dicēduz qz vnū non est alicui^r generis determinati cum sit transcendēs . ad pbatōez dicēduz qz minor est fallā . s3 entz simile

7 equale dicāt relatōes 7 videant^r tātū esse d genere relatōis possent tamē accipi trāscēdēter quaten^r omne ens omni enti compatū vel est idēz vel diuersuz . vel simile vīdissile . equale vel inequale . **Unde** inter psonas diuīas que nō sunt in genere ē idēptitas similitudo 7 eōq̄litas ut ostendit idēz doctor **Scotus** dīstīctōe terciā pmi līnīaz .

Ad cur^r euidētiā sciēduz secunduz eundem doctorē ubi supra qz duplex est quātītās . quedā ē quātītās molis . alia vō vntis vel perfectōis . prima enīz est in genere q̄tītatis . secūda vō ē trāscēdēns cūz cōperat his que nō sunt in genere . sic duplex ē eōq̄litas . quedā ē d genere relatōis . 7 fundamētuz hui^r est quātītatis de genere quātītatis 7 de hac intelligit terciā pncipaliter quātītatis . alia ē equalitas trāscēdēns 7 hec fundat^r in q̄titate vntis 7 reperit^r in diuīnis . hec **Scotus** . dīl . pmi līnīaz .

Ad euidētiāz ar cuiusdā dicit **ibi** in hoc quarto . s . qz in indiuiduis eiusdez spēt nō est ordo sciēduz qz **Aristo** . nō vult negare oēm ordinē inter indiuidua eiusdez spēt . quin vidētz indiuidua hec pncipaliter il la posterius habēt ordinē . put fm magis 7 min^r pncipaliter 7 imperfecti us pncipaliter naturā pncipaliter spēt . hec

enl3 albedo intesa pfectior est albe
dine remissa.

Sed Aristo. vult negare iter
individua ordinē eentialē qui tan
tus ē inter distincta fm species, in
individuis igit̄ est ordo eminentie
siue pfectōis. nō tamē ē ordo depē
dētie essentialis illo mō quo pōit̄
inter causas eentialiter ordinatas.
que quidē sunt diuersarū spēz.

¶ Noniam

9 autē vnus. Dic cōse
quēter oñdit vbius
q̄ ad eandē sciaz pti
net considerare opposita. sicut ad
medicinā cōsiderat sanum 7 egrū.
7 ad gramaticā cōgruū 7 incōgru
us. ista autē scientia cōsiderat vnū
ides simile 7 equale nccē ē q̄ cōsi
deret opposita. his. s. multuz alte
ruz diuersuz disibile 7 ineqle 7 q̄
cumq3 alia sint reducūt ad ista c̄
mōi ē cōtrarietas. naz cōtrarietas
est quedam dīa eoz q̄ maxie di
stant in eodē genere. 7 sic est q̄daz
alteritas siue dīsitās. Itē hoc idē
pbat qz illi scie est cōsiderare pas
sioēs etis c̄ ē cōsiderare ens iqtū
ens. sed pdcā oīa sunt p se accētia
etis 7 vni. igit̄ cōsideratio eozū p
tinet ad phm pmū. 7 p eādez rōez
ad cū ptinet et cōsiderare de pōi
7 posteriori toto 7 pre. qz hec sunt

accētia entis inquātuz ens. Dicit
Aristot. q̄ ad metaphicū ptinz cō
siderat de negatōe 7 puatōe cum
beāt dēmiare d̄ vno qd̄ qdē vnū
dic̄ negatōz 7 puatōez dīsiōis. Di
stīguit at̄ duplicē negatōz. q̄daz ei
ē negatō simplr 7 extra gen̄ p quā
absolute dī q̄ hoc nō est illd̄. alia
ē negatō in genere p quā aliqd̄ ne
gat̄ nō absolute s3 intra metas ali
cui generis sic cecū dī quod non
natū ē h̄re visuz. vñ negatio extra
gen̄ pōt v̄ficari taz de ente q̄ de
nō ente quod non ē natū h̄re affir
matōz q̄ entis de ente quod ē na
tū h̄re 7 n̄ h3. vñ tā chimera q̄ la
pis q̄ hō pōt dici nō vidēs nō sic
de puatōe q̄ est negatio in genere
qz nō oē nō vidēs pōt dici cecum
s3 solū qd̄ est aprū natū h̄re visuz.
ut aīal. vñ oē aīal inq̄tū aīal ē na
tū h̄re visuz. s3 nō oē aīal inquātū
tale. i. s̄b rōe ppria. sic talpa inq̄
tuz talpa nō ē apta nata h̄re visuz
s3 solū inq̄tuz aīal. negatio at̄ que
importat vnū cuz poat s̄biectuz nō
ē negatio extra gen̄ s3 in genere.
als nō ens posset dici vnū. impor
tat at̄ negatōz diuisiōis nō qdēz q̄
titatine cum ista sit dēmiati gene
ris. s3 diuisiōis formalis que sit p
opposita. c̄ p̄ria radix ē opio cō
tradictoria. nā illa diuidunt ad in
uicē q̄ sic se habēt q̄ hoc non est il

lud. Dicit autē cōter q̄ ad me
taphicuz ptinet cōsiderare de pri
mis principiis dēmiatōis. Cuius
rō est qz ad ipsuz spectat determi
nare de ente inquātū ens. habet
etiaz dēmiare de his que insūt
omnib̄ entibus 7 nō soluz alicui
generi entuz. sed p̄ima principia
sunt huiusmodi cū his vtatur om
nes scētie p̄ticulares. igit̄ ad ipsuz
metaphicū ptinz tractare de hui
mōi p̄mis principiis. h̄mōi at̄ p̄n̄
nō p̄nt p alia dēmiari cū sint pro
positōs p se note. Pro quo scie
duz q̄ ppōes p se note sunt q̄ sta
tuz notis em̄is cognoscūt vt dī p̄i
mo posteriorū. Cōtingit at̄ aliquā
ppōez q̄tū in se est esse p se notaz
nō tū esse p se notā oibus. qz vide
s3 ignorat̄ diffinitōz s̄biecti 7 predi
cati. vt Boeti⁹ dic̄ in li⁹ de ebdo
matibus q̄ qdaz sunt p se nota sa
piētib̄ que nō sunt p se nota oib̄
¶ Illa at̄ sunt p se nota oib̄ quozū
termini in cōceptōe aīe cadūt. hec
aut̄ sunt coīa eo q̄ n̄ra cognitio a
cōmuni⁹ ad min⁹ coīa procedit
vt dī p̄ phisicorū. Et iō iste ppōes
sūt p se note p̄ia dēmiatōis p̄n̄
q̄ cōponūt ex em̄is coibus vt totū
7 ps x. sic oē totū ē mai⁹ sua pte.
q̄ vni 7 eidē sūt eq̄lia iter se sūt eq̄
lia 7 sic de alijs. 7 qz h̄mōi sunt
cōes em̄i ptinet ad cōsideratōz me

taphici. iō h̄mōi p̄n̄ sūt de ei⁹
cōsideratōe. dēmiat at̄ ea phus n̄
dēmiatōe. s3 rōs em̄ioz traden
do. ut qd̄ sit totū 7 qd̄ ps. hoc aut̄
cognito v̄itas h̄mōi p̄ncipioz ut
nota relinq̄. dic̄ at̄ q̄ ad ipsū ma
xie ptinz cōsiderare de p̄ principio
s. impossib̄ ē idē sit esse 7 nō ēe. qd̄
ē certissimū 7 firmissimū. tū qz cōg
tis terminis nccē ē ipz veire i mentē
siue cognosci. tū qz nō ē cōdicōale
nihil ei p̄ncipiū sup̄pōit ad sui co
gnitōz nisi cognitōz etis. alia aut̄ p̄
supponūt istd̄. sic ei nō pōt cogno
sci totū 7 ps nisi ete cōgnito sic nec
illd̄ p̄ncipiū. oē totū ē mai⁹ sua p
te nisi isto cōgnito q̄ h3 expōi ex ē
te. tū qz de h̄mōi p̄ncipio n̄ cōn
git dubitare. s3. n. Eractit⁹ dicat
oppositū h̄mōi p̄ncipij tū h̄ nō ē op̄
nat⁹. nō. n. nccē ē q̄ qd̄ aliqs di
cit hoc mēte cōcipiat vel opinet. s3
n. Eractit⁹ credidisset idē ēe labo
rare 7 nō laborare nūq̄ laborasset
s3 sp̄ q̄vūl3. si et̄ opiat⁹ eēt idē eē
vberari vel flagellare 7 nō vbera
re vberatēz se nō increpasset 7 sic
de alijs. Si at̄ cōtra hoc arguit q̄
videlz cōtingit cōtradictoria opina
ri. qz cōtingit scire in vli 7 ignorat̄
in p̄ticulari ex secundo priorum.
s3 p̄ticulare illud est cōtradictorius
v̄is sicuti vt oēs mulaz esse sterile

et aliqua non ergo etc. Rursus cum dicitur
cuius contingit scire in vltimo ignorari
in particulari. dicitur quod verum est quod
noscitur illud particulare contineri sub
vltimo. scilicet propter hoc non sciatur contradi-
ctoria. non enim opinor contradictoria
nisi opinaretur hanc mulam contineri sub
mula. et hoc autem facio ut supponitur
quod si opinaretur hanc mulam contineri
sub mula impossibile esset ignorare
hanc mulam esse sterilem si habeat
scientiam de mula in vniuersali.

Alterius dicitur Philosophus quod huius
modi principium non potest demonstrari
quod probatur per hoc quod non omnia sunt
demonstrabilia. si enim omnia demon-
strarentur cum idem per seipsum vel per alium
videtur esse circulum in demonstratione
quod esse non potest. quod sic
idem esset notius et ignotius ut patet
patet posteriorum. vel opereretur pcedere
in infinitum. scilicet si in infinitum pcederet
non esset demonstratio. quod quilibet
actio demonstrationis reddit certam per
ductionem et in principium demonstrationis
quod non esset si in infinitum demonstratio
in sursum pcederet. patet igitur quod non omnia
sunt demonstrabilia. si autem sunt alia non
demonstrabilia huiusmodi est maxime primum
principium. scilicet igitur huius primum non potest
demonstrari. probatur cum non sit aliud prin-
cipium eo notius. tamen potest huiusmodi prin-
cipium probabiliter ostendi ex datis et con-
cessis ab his qui dicunt oppositum

huius principii primum quod scilicet non sunt notiora
simpliciter huiusmodi principio. tamen secundum quid
sunt notiora in quantum procedunt ab his
qui huic principio contradicunt. et huiusmodi
modo arguit philosophus contra ponentes op-
positum huiusmodi principii.

Queritur vtrum passio entis pos-
sint includi demonstratiue de ente.
Ad hoc evidetiaz sciendum quod demon-
stratio est silogismus faciens scire ex
patet posteriorum. hoc autem non intelligitur
de scientia contra supra quam est apprehensio vi-
tatis quatenus se habentis. sed
de scientia proprie supra quam secundum Scotum
in plogo primum scilicet et cognitio cer-
ta absque deceptione vel dubitatione et
cognitio necessaria contra a causa evidente per
discursum silogisticum. hoc apparet ex
diffinitione scientie per posteriorum. Est enim
scire res per causas cognoscere et non con-
tingit se aliter habere. Et vnde scientia esse de
necessitate non quod de contingitibus et con-
tingentibus bene possit esse scientia ut de
philosophica. scilicet quod actio demonstrationis non est
vitatis contingitibus scilicet necessarie. de contingitibus
tamen potest formari necessaria ratio. ad
ei quod contingit elicitur necessaria concluditur sic
debere elici ad hoc ut recte eliciatur
secundum Scotum. ubi supra. vnde scilicet contingenter
possit dari elemosina potest tamen necessaria
concludi quod ad hoc ut talis datus sit
recte oportet quod deus per pro non de alieno
bono per deum vel pietatem et non pro-
pter inanez glorias.

Notandum insuper quod silogismus demonstratiue
constat ex tribus terminis
quorum vnum est diffinitio alius diffini-
tio. tertia propositio passio et huiusmodi in po-
tissima demonstratione. scilicet in demonstratione
propter quod. et est hec ratio quod tripli-
ces habemus conceptum de subiecto pas-
sionis. primum conceptus est conceptus qui
ditatur subiecti. et est primum conceptus
qui nobis aduenit de re. et est conceptus
indistinctus. secundus conceptus est
de diffinitione subiecti. primum est cogni-
scit res indistincta quam distincta. quod per
redimuntur ab imperfectiori ad perfectius
in cognoscendo. et ille conceptus est con-
ceptus distinctus. Tercius conceptus est
conceptus passionis. quod conceptus de se-
cundo modo sunt potes conceptus de p-
mo modo. Insuper sciendum est quod silogis-
mus demonstratiue constat ex tribus
propositionibus factis ex illis tribus ter-
minis. et sic illi tres termini habent se in or-
dine cognoscendi sic ille tres propositio-
nes habent se in ordine. ita quod prima propositio
est in qua predicatur diffinitio de dif-
finito. secunda in qua predicatur passio
de subiecto diffinito. et iste
ordo est congruus. quod predicatio de p-
mo modo pcedit predicatio de secundo
modo. Exemplum omnis homo est animal rationale.
omne animal rationale est risibile. igitur
omnis homo est risibilis. Ex quibus primo
patet quod ille silogismus demonstratiue

non est in prima figura. quod medius
terminus non subicitur in maiori. quod p-
dicatum non predicatur in minori quod subicitur
tibi. Secundo patet quod sicut ille non
est in prima figura. quod medius non ponitur in
minori. quod in prima figura bis predicatur
medius. tunc patet quod sicut ille non est in tertia
figura. quod in tertia figura bis subicitur
medius terminus. relinquitur igitur quod sit in
quarta figura sicut ille propter quod demonstra-
tiue. et illa est in quarta parte maioris est
subiectus minoris. Insuper sciendum
quod demonstratio propter quod est duplex. prima
est quam per diffinitionem subiecti demonstra-
tio de subiecto. sicut patet in exemplo posito.
secunda vero ubi per diffinitionem subiecti de-
monstratur passio de aliquo contento sub
subiecto sicut risibile de sorte et platone
Ex quibus dicitur elicitur talis actio quod
passio entis ut vnum verum bonum
non sunt demonstrabiles de ente de-
monstratione propter quod. probatur quod in de-
monstratione potestiam oportet quod diffinitio
subiecti sit medius. sed ens non habet dif-
finitionem. quod non habet potes se et est sim-
plex simplex ergo etc. Insuper sci-
endum quod duplex est demonstratio. quod
sicut duplex est demonstratio propter quod
sicut dicitur. prima est quam per passionem no-
tiores subiecti demonstra-
tio medius nota de subiecto. et huius item dicitur. vel igitur
illa passio notior est potes vel poste-
rior. si potes tunc vocatur demonstratio quod
a priori. si posterior tunc vocatur de

inoratio q̄ a posteriori. Demonstratio quia secundo modo dicta ē q̄ p̄ vnā passionem demonstrat alia de alio cōtento sub subiecto sic bonū demonstrat de substantia que cōtinetur sub ente mediante vero. ⁊ in illo silogismo demonstratiuo. q̄z mediū est passio siue sit prior siue posterior. ⁊ ille silogism⁹ cōmuniē fit in p̄ia figura. Ex quib⁹ citatur talis cōclusio q̄ passioēs ētis sunt demonstrabiles de ente demonstratōe quia. Exemplū vbi passio entis notior est mediū ad pbādū passionē minus notā de subiecto. vt arguit sic. omne vnū ē verū. oē ens est vnū. ergo oē ens est verū. omne verū est bonū. omne ens est verū. ergo oē ens est bonū. Exemplū vbi passio min⁹ nota est mediū ad probādū passionē magis notā de subiecto. omne bonū est verū. omne ens est bonū. igit̄ omne ens est verū. ⁊ sic sequit̄ q̄ iste p̄positōēs. ens est vnū. ens ē verū. ens est bonū sunt p̄positōēs imediate. quia p̄dicta non possunt demonstrari de subiecto a priori p̄pter quid non quare ens dicitur vnū.

Ad cuius euidentiā sciendū q̄ vnūquodq̄ quod in se est indiuisū ⁊ diuisū ab omni alio dicitur

vnū. cum igitur ens inquantū ens sit primū in latitudine entium ⁊ in se est indiuisū ⁊ ab omni alio diuisū. quia nō est plures entitates vel q̄ditates. igit̄ d̄ vnū ⁊ vnitas sibi attribuitur p̄ p̄ia passioē q̄z orit̄ ex sua q̄ditate ⁊ p̄dicatur de eo in secundo modo dicēdi per se. Ex p̄dictis patet quid sit dicendū ad questionē ic̄.

Contra Pythagoraz insup arguitur contra opinionē Pythagore qui ponebat oīa que vident̄ alii cui esse vera. ex qua postioē sequitur cōtradictoria esse simul vera. cōstat enī q̄ illi qui habēt diūsas opinioēs quorū quidā sunt mētētes ⁊ quidā verū dicētes opinant̄ sibi inuicē opposita. si igitur omnia q̄ apparēt̄ sint vera opposita erūt simul vera. Ista opinio que poit omnia que apparent esse vera ex hoc ortū habuit. q̄z de eisdē sensibus inueniūtur cōtrarie opinioēs diuersorū. illud enī quod aliquibus videtur dulce alijs vidēt amarū. Similiter illud quod nunc vidēt dulce alicui eidez videbitur amarū alio tempe. nec videbat̄ ipsis q̄ possit assignari ratio certa per quas fiat manifestū que istarum opinionum sit vera ⁊ que sit falsa quia nō magis vna earū videtur

vera vni q̄ altera alteri. ⁊ iō ōz q̄ ēqliter sint vere vel ēqliter sint false. Et ideo dicit Democrit⁹ q̄ aut nihil est determinate verū in rebus aut si quid est verum nō est nobis manifestū. sed hec ratio parū ualet. q̄z enī aliqua videntur amara infirmis ⁊ dulcia sanis hoc est q̄z sani habēt organa sensū bene disposita. ⁊ ideo species sensibilium in eis reperiūtur p̄out sunt. ⁊ propter hoc verū est iudiciū sanorum de sensibilibus. organa uero infirmorum sunt indispōita. unde non cōueniēter imutatur a sensibilib⁹. ⁊ propter hoc eorū iudiciū de eis nō est certū ut patz ex gustu cui⁹ organū est infedū. q̄z in infirmis corruptis humoribus ea que sunt boni saporis eis insipida vidētur. Similiter etiā uersus est iudiciū sensus in propinquū q̄ a remotis. quod ideo est quia uirtus agentis quāto plus in remotis porrigitur tanto eius effectus est debilior. igit̄ nis enī minus calefacit q̄ distant q̄ que p̄pina sunt. sic color nō ita p̄fecte imutat diaphanū in remoto sicut in propinquo.

Arguit autem Aristot. contra hanc opinionem sic. quia si omne apparens est verum nec aliquid est uerū nisi ex hoc ipso q̄ est ap

parens sensui uel opinioni. res autē ut sic non habebunt esse nisi p̄ relationem ad sensū uel opinionē ⁊ sic omnia erūt ad aliquid cum esse eorū non est nisi per respectū ad sensum uel opinionē ⁊ hoc autem est manifeste fallum.

Concludit consequenter Philosophus quod cum impossibile sit contradictoria verificari de eodem respectu eiusdem manifestū est q̄d nec contraria eidem inesse possunt. quia in contrarijs alterū eorum non minus est priuatio q̄ in alijs oppositis. licet enim in cōtrarijs quodlibet illorū sit aliqd̄ positū quod nō est in negatione ⁊ affirmatōe. priuatōe ⁊ habitu. alterū tamē eorū est imperfectū respectu alterius. sicut nigrū respectu albi. ⁊ amarū respectu dulcia sic habēt priuatōnem quādam ad iūctā. priuatio autem est aliqua negatio. Sic igitur patet q̄ cōtrariū includit negationē priuationis ⁊ per cōsequēs negationem. si igitur impossibile est affirmare ⁊ negare simul de eodem impossibile est contraria simul inesse eidem simpliciter. sed si ambo insunt hoc erit secundū quid ex hoc quod cōtradictio includitur in contrarietate ⁊ priuatione.

Et sicut potest dici de relative op-
positis. sicut enim nigrum est non al-
bum ita filius non est pater ut sic. Dicit
consequenter Philosophus quod sicut contra-
dictoria non possunt esse simul vera
ita nihil potest esse medium inter con-
tradictoria. sed de unoquoque ne-
cessario est aut affirmari aut negari.
Reprobatur autem Philosophus in
hoc quarto opinioem Cracitii ac-
tius sequentium ponentium omnia semper
esse in motu. et ideo nihil esse verum
Pro qua opinioe ad tantam demer-
tiam venit quidam eius discipulus
nomine Cracillus quod opinatus est
quod non oportebat aliquid vere verbo
dicere. et ideo nihil esse verum. sed
ad exprimendum quod volebat mo-
uebat solam digitum. et ideo quia cre-
debat quod veritas rei quae volebat
enunciare prius transiret quam oratio si-
nister. Preterea autem opinioes eius
venerunt. quia nesciebat aliquas ra-
tiones sophisticas solvere. tum etiam
quia voluerunt habere rationes demo-
stratiuas ad omnia probanda et ma-
le cuius principium demonstrationis sit
indemonstrabile. finaliter probat
Philosophus quod ad primum Philosophum spectat
disputare contra negantes principia
aliarum scientiarum. quod omnia principia
firmantur super illud quod affirmatio et
negatio non sunt vera de eodem sit.
et quod nihil est medium inter illa. ista

autem sunt propinquissima huic philo-
sophie cui sequatur rationes entis
quod est huius philosophie subiectum.

Arta predicta possunt du-
bitari an inter contra-
dictoria cadat medium. et
arguitur quod sic. quod esse et non esse sunt
contradictoria. sed inter esse et non
esse est medium. scilicet generatio ut dici-
tur secundo metaphisice igitur 22.

Preterea quanto extrema magis de-
stant ratio sunt plura media inter ipsa.
igitur si in infinitum distat sunt infini-
ta media inter ipsa. sed contradicto-
ria distat in infinitum igitur inter con-
tradictoria erunt infinita media. pro-
batio minoris. quod omni finito coti-
git intelligere maius. sed non contin-
git maiorem esse distantiam quam illam que
est inter contradictoria. quod quocumque
daret illa caderet sub conditione
igitur 22. Preterea si inter contra-
dictoria est medium per abnegationem utri-
usque extremi. quod scitum cuius medietas
est alba et medietas nigra non est al-
bum nec nigrum. preterea si inter contra-
dictoria non est aliquod medium igitur
de quolibet est vera affirmatio vel
negatio. cuius videtur esse falsum. quia
ambe iste sunt false. omnis homo est
albus et omnis homo non est albus igitur
et antecedens est falsum.

Contra est Philosophus in littera
Respondet in ista questione sic pro

cedas. primo ponas unam distinctio-
nem. secundo dicas ad questionem.

Quantum ad primum sit ista pri-
ma distinctio quod medium inter ali-
quod potest esse duplex. vel secundum formam.
vel secundum subiectum. exemplum primum in
contrariis mediatis: croceum est que-
dam forma media inter album et ni-
grum. exemplum secundum in privatiue
oppositis. lapis enim nec est cecus
nec videns. primum medium parti-
cipat utrumque extremum. secundum autem
diuiditur per abnegationem utriusque ut
patet ex textu hoc.

Quantum ad secundum dico istam
